







XXII

PETIT. Ed.

Chronol.

SAMVELIS PETITI ECLOGÆ CHRONOLOGICÆ.

IN QVIBVS DE VARIIS ANNORVM Judæorum, Samaritarum, Græcorum, Macedonum, Syromacedonum, Romanorum, typis, Cyclisque veterum Christianorum Paschalibus disputatur.

PARISIIS,

Apud CAROLVM MORELLVM, viâ Iacobæâ, ad insigne Fontis.

M. DC. XXXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

VIRO ILLVSTRI

NICOLAO FABRICIO

PEIRESCIO AMPLISSIMO

apud Prouinciales Senatori

SAMVEL PETITVS.

GESTIEBAT jampridem animus, VIR ILLVSTRIS, votiuâ hâc tabellâ testatum palàm facere, quantum te colam, quantum tibi debeam, cùm mortalium nemo viuat hodie, qui tibi magè sit obnoxius, quàm ego; nemo, cui ego magis obnoxius sim, quàm tibi: Verùm et appensa hæc tabella tuo nomini, VIR AMPLISSIME, et tuum nomen his nostris libellis inscriptum, testimonium potiùs dicent spei, quam de tuo in nos affectu concepimus: Te enim patronum aduocamus, qui adsis mihi meisque: Tu verò,

VIR ILLVSTRIS, *patrocinium ne denega, ita viuas, et valeas: nostra quippe interest: nam si hi libelli in tuo nomine apparent, nemo bonus est inter eruditos, cui non probentur, tanquam tibi, viro castigatißimi iudicij et eruditionis summæ, probati. Deum veneror supplex, vt te, VIR AMPLISSIME, in æuum præstet incolumem, et florentem tueatur. Vale*, ô & præsidium, & dulce decus meum. *Scripsi Nemausi a. d. IV. Kal. Sextileis anni Dionysiani* CIↃIↃCXXXI.

LECTORI
SAM. PETITVS S.

QVANTIS prematur tenebris hæc, quæ de TEMPORIBVS est, disciplina, non es nescius, MI LECTOR, & nos vltro fatemur: Auctoritate enim veterum in plerisque cùm destituamur, ad coniecturas fuit deueniendum, quas tecum communicamus, non tanquam κυρίας δόξας, sed vt è tanta caligine lumen aliquod attollamus, certè conemur: Quid enim hîc præstitisse me dicam? Homo sum, εὐόλισθον πρὸς ἁμαρτίαν πρᾶγμα. Fortè cecidi ego, cecidit qui præiuit, cadet qui nos sequetur, laus est publica. Præstitimus tamen quæ potuimus, itaque ea, quæ iam ante à nobis de anno Græco Romanoque fuerant inuulgata, recentauimus, atque meliora fecimus, parati ἐπὶ σωτηρίᾳ ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν. Modestiam in his disputationibus nemo vnquam à nobis exiget, nemo desiderabit, ne is quidem qui læserit prior; meminimus namque à Christo nobis imperatum λοιδορουμένοις μὴ ἀντιλοιδορεῖν. Ita hactenus viximus, & secundum hanc Legem scribimus. Tu, MI LECTOR, lege & Vale.

INDEX CAPITVM.

LIBRI PRIMI.

LIBRI

LIBRI SECVNDI.

LIBRI TERTII.

LIBRI QVARTI.

LIBRI QVINTI.

ADDENDA.

AD LIBRI I. CAPVT I.

PAG. 3. l. 19. aut caui, quod ex his quæ leguntur in ראש השנה patet : עצרת פעמים חמשה פעמים ששה פעמים שבעה הא כיצד שניהן מלאים חמשה שניהן חסירין שבעה אחד מלא אחד חסר ששה. Sensus est, diem festum Pentecostes aliquando incidisse in quintum diem mensis Sivvan, nonnunquam in diem septimum, itemque in sextum. Nam si duo præcedentes menses sunt pleni, Pentecoste cadet in diem quintum mensis Sivvan; si contra caui, Pentecoste celebrabitur die septimo mensis Sivvan; at demum, si vnus plenus, alter cauus, erit die sexto. Idem etiam probabunt aliquot exempla.

AD CAPVT III.

Pag. 11. l. 17. Aben Ezra ad Leuitici XXIII. 4. docet Pascha fuisse celebratum ferijs illis, quæ iam sunt reijculæ : כי במשנה גם בתלמוד ראיות שהיה פסח בבדו E Misna & Talmude demonstrari potest Pascha fuisse feriâ secundâ, & quartâ, itemque sextâ.

AD CAPVT VIII.

Pag. XXXVI. extremâ. Huic noſtræ obſeruationi facit locus è Codice ערכין cap. II. §. 2. vbi ita legitur. אין פתחין מד' חדשים המעוברים בשנה ולא נראה יותר על ח'. *Menſes plenos non habent minus quatuor, nec plures octo.* Vir C I. & optimè de literis Hebraïcis meritus Ioannes Coch cum Gemara in poſteriori hoc membro ſubintelligit לחסר, id eſt, *non habent menſes cauos plures octo.* Verum ego facile mihi perſuadeo, vtroque membro agi de numero menſium plenorum in anno, è quo facilè conſtabit de numero cauorum, quanquam non adſcribatur. Sed tamen videtur vtrobique corrupta menſium numeralis nota; nam nulla memoria extat apud Iudæos anni, qui diebus tantùm explicetur trecentis quinquaginta duobus, aut numeret trecentos quinquaginta ſex, quomodo tamen neceſſariò colligitur ex hac ſcriptura. Atqui fuerunt tantum anni aut ὑπερήμεροι dierum trecentûm quinquaginta trium, aut denique ordinarij diebus trecentis quinquaginta quatuor explicati: Quare reſcribendum puto ad hunc modum: אין פותחין מה' חדשים המעוברים בשנה ולא נראה יותר על ז'. Annus enim ὑπερήμερος habet menſes plenos ſeptem, defectiuus verò quinque tantùm habet. Quanquam iſta forte referenda ſunt ad Enneadecaëteridem R. Hillelis.

Nemini autem, quamdiu Neomeniæ indictæ ſunt ſecundum primam Lunæ viſionem, ius erat extra terram Canamitidem menſem embolimum interkalandi. Quare videndum eſt diligenter, quomodo intel-

ligenda ſint iſta Gremaræ verba ad caput III. Tracta-
tus Sanhedrim : רבי חייא בר זרנקי ורבי שמעון בן יהוצדק
קאזלי לעבר שנה בעסיא. Vertit vir eruditiſſimus. *R.*
Chaja filius Zarnoki, & R. Simeon fil. IehoZadak va-
debant, vt interkalarent annum in Aſia; & adnotat id
factum, non vt ibi edicerent, ſed vt computarent
dumtaxat: Verum eius interpretationi non poſſumus
aſſenſum præbere, quia expreſſis verbis agitur de
anno interkalando, לעבר שנה, non autem compu-
tando : Deinde tempus adnotatur, quo moris erat
videre, num Adar eſſet interkalandus; nam dicit il-
los incidiſſe inter eundum in quendam חוריש *aran-*
tem, & alterum כסח בכרמי *putantem vites*: Agri ara-
tio & vitis putatio deſignant menſem Adar, quo, vt
in ſuperioribus diximus, ſolebant aduertere, vtrum
eſſet neceſſe interkalarem annum facere : Aratio
namque, cuius hîc meminit Gemara, non eſt illa,
quæ fiebat à Paſchate ad Pentecoſten: Vides enim eo-
dem tempore etiam vites putari : Quare omnino an-
ni tempeſtas eſt, in quam, vt plurimum, menſis
Adar incidit. Ergo non ibant R R. Chaja & Simeon
extra Cananitidem de interkalatione anni pronun-
tiaturi : Quare עסיא *Aſiam* hîc non ſignificat.

SAMVELIS

SAMVELIS PETITI ECLOGÆ CHRONOLOGICÆ.

LIBER I.

DE CYCLIS PASCHALIBVS IVDAEORVM.

CAPVT I.

COMMVNIS eruditorum omnium est ſententia, Iudæos anno Lunari vſos fuiſſe, ex quo illos Moyſes eduxit ex Ægypto, qui etiam ſtatuit menſem Niſan caput anni in rebus Eccleſiaſticis: quod ad Politicas verò attinet, nihil immutauit, ſed, non minus quàm olim anni politici princeps menſis fuit Tiſri. Ioſephus libro I. cap. IV. συνέβη δὲ τοῦτο τὸ πάθος κατὰ τὸ ἑξακοσιοστὸν ἔτος ἤδη Νώχου τῆς ἀρχῆς ἐν μηνὶ δευτέρῳ, Δίῳ μὲν ὑπὸ Μακεδόνων λεγομένῳ, Μαρσουάνη δὲ ὑπὸ Ἑβραίων οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τὸν ἐνιαυτὸν ἦσαν διατεταχότες. Μωϋσῆς δὲ τὸν Νισὰν, ὅς ἐστι Ξανθικὸς, μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισε, κατὰ τοῦτον ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἑβραίους

προσαγαγών. τοῦτο δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμὰς ἦρχεν. ἐπὶ μὲν τὰς ὠνὰς καὶ πράσεις, καὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν τὸν πρῶτον κοσμὸν διεφύλαξε. Poſtrema iſta, ὠνὰς καὶ πράσεις, alludere videntur Viro magno ad Æram contractuum: ſed ita non eſt: ait namque Ioſephus Moyſem principium anni inſtituiſſe à Niſan, quia eo menſe populum ex Ægypto eduxerat, cùm antea Hebræi ab autumno annum ſuum ordirentur, & tamen noluiſſe prorſus eum morem tollere, ſed ſacrificijs menſem Niſan dedicaſſe: omnes autem ciuiles actus priſcæ epochæ autumnali reliquiſſe: itaque cepit annus γεωργίας, & Sabbaticus itémque Iobilæus à menſe Tiſri, qui eſt caput anni ἐπὶ τὰς ὠνὰς καὶ πράσεις, quæ ſecundum inſtituta & mores Iudæorum referuntur ad annos Sabbaticos atque Iobilæos. Conſtituto menſe Niſan anni principe, Lunarem annum à Iudæis obſeruatum fuiſſe palam eſt: illius enim menſis Niſan dies quartusdecimus, quantum fieri poterat, erat quoque Lunæ quartusdecimus. Ioſephus libro III. cap. X. τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχή, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην ἐν κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος. τούτῳ γὰρ τῷ μηνὶ τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας ἠλευθερώθημεν, καὶ τὴν θυσίαν ἣν τότε ἐξιόντας Αἰγύπτου θῦσαι προεῖπον ἡμᾶς Πάσχα λεγομένην, δι' ἔτους ἑκάστου θύειν ἐνόμισε. Idem, quod Ioſephus, docet Philo libro de Vita Moyſis, Iudæos obſeruaſſe motus Lunæ: τῷ δὴ μηνὶ τούτῳ περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν μέλλοντος τοῦ σεληνιακοῦ κύκλου γίνεσθαι πλησιφαοῦς ἄγεται τὰ διαβατήρια δημοφανὴς ἑορτή. Teſtatur quoque Epiphanius

Hæreſi LI. Iudæos vſurpaſſe annum Lunarem, qui cùm diebus trecentis quinquaginta quatuor explicetur, & octo inſuper horis, fit vt tertio quoq; anno, ex tribus illis diei trientibus, vnus accedat dies, & fiat ὑπερήμερος, dierum nempe trecentorum quinquaginta quinque, ſed Iudæos inſuper habuiſſe diem illum è trientibus conflatum, nec anno tertio adnumeraſſe, itaque μίαν ἡμέραν ὑπέρβατον feciſſe. Verba illius ſunt: ἔχει δὲ ὥρας τινὰς ἡ ψῆφος τῆς λεπτολογίας, ἥτις ἐμπίπτει διὰ ἐτῶν τριῶν παρ' αὐτοῖς Iudæis διαφωνουμένη ἡ μία ἡμέρα. προστεθείκασι γὰρ τῷ σεληνιακῷ δρόμῳ μετὰ τὰς τριακοσίας πεντηκοντατέσσαρας ἡμέρας, καὶ ἄλλας κατ' ἔτος ὀκτὼ ὥρας, ὡς εἶναι εἰς τὰ τρία ἔτη ἡμέραν μίαν, quæ cùm à Iudæis non adnumeraretur, illa eſt, quam appellat διαφωνουμένην παρὰ Ἰουδαίοις, & cuius cauſa ὑπέρβατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαν. Diſtribuebantur autem iſti trecenti quinquaginta quatuor dies in menſes duodecim, qui non erant ſemper alternis caui & pleni: ſed aliquãdo cõtinuabantur pleni: Cauũ menſem dicimus, qui diebus viginti nouem explicatur, Luna primæ ſuæ viſionis copiam nocte triceſimâ faciente: Plenus verò ille eſt, qui habet dies triginta, eò quod Luna nonniſi triceſima prima nocte videndam ſe præbet. Maïmonides Lib. זמנים Tractatu קדוש החדש cap.I. CXCIV.b. חדש שיהיה תשעה ועשרים ויראה׳ ירח בליל שלשי׳ נקרא חדש חסר ואם לא יראה׳ הירח ויהיה החדש שעבר שלשי׳ יום נקר׳ חדש מעוכר ונקרא חדש מלא ירח שיראה בליל שלשים הוא הנקרא ירח שנראה בזמנו ואם נרא׳ בליל אחד ושלשים ולא נראה בליל שלשים הוא הנקראה ירח שנראה בליל עבורו. Neomeniæ namque

obſeruabantur & indicebantur ἀπὸ τῆς φάσεως, à prima Lunæ viſione : Itaque mitti ſolebant à iudicum conſeſſu, qui Hieroſolymis erat, in montana teſtes integræ exiſtimationis penultimo die horum præcipuè menſium, Niſan, Ab, Elul, Tirſi, Casleu, Adar, &, ſtante Templo, atque vſu ſacrificiorum obtinente, Ijar, vt habet Maimonides Lib. laudato cap. III. CC. b. ad naſcentem Lunam ſpeculandum, vt ex eorum fide, jurantium ſe vidiſſe Lunam corniculatam, Neomenia ſanctificaretur: Veros autem atque accuratos Lunæ motus ex Aſtronomicis tabulis Conſeſſus ille diligentiſſimè ſcrutabatur, explorabatque num Luna ſuo ſe tempore videndam eſſet præbitura, nimirum triceſimâ aut triceſimâ primâ nocte: ac ſi intuendæ illius copiam fore cognoſcerent, ſpeculatores apponebant, qui ſtatim ac naſcentem Lunam perſpexerant, Concilio renuntiabant: Si vero menſis antecedẽs attigiſſet metas triceſimi diei, & tamen Luna viſionis ſuę non faceret copiam, tunc etiam Lunâ non visâ Neomeniam indicebant, qua de re multa Lib. illo laudato Maimonides cap. II. itemque cap. I. §. III. in hæc verba: בליל שתראה במערב אחר שנסתרה הוא תחלת החדש ומונין מאותו היום תשעה ועשרים יום ואם יראה הירח ליל שלשים יהיה יום שלשי׳ ראש החדש ואם לא יראה יהיה ראש החדש יום אחד ושלשי׳ יהיה יום שלשים מחדש שעבר ואין נזקקין לירח בליל אחד ושלשים בין שנראה בין שלא נראה Nec vnquam menſis Lunaris plurium eſt dierum quam triginta : שאין לך חדש לבנה יותר על שלשים יום Erant autem menſes iudæorum Lunares : חדשי השנה הם חדשי לבנה.

CAPVT II.

QVANQVAM Iudæorum menſes eſſent Lunares, anni tamen ad Solis motum referebantur; והשנים שאנו מחשבין הם שני החמה itaque vt paria facerent rationes Lunæ interkalatione opus erat: Maimonides: וכמה יתרה שנת החמה על שנת הלבנה קרוב מאחר עשר יום לפיכן כשיתקבץ מן התוספת הזאת כמו שלשים יום או פחות מעט או יותר מעט מוסיפין חדש אחר ועושין אותה השנה י״ג חדש והיא הנקראת שנה מעוברת שנה Menſis igitur interkalabatur, qui Adar appellatur. Maimonides cap. IV. שנה מעוברת היא שנה שמוסיפין בה חדש ואין מוסיפין לעולם אלא אדר ועושין אותה שנה ב׳ אדרין אדר ראשון ואדר שני ומפני מה מוסיפין חדש זה מפני זמן האביב כדי שיהא הפסח באותו זמן׃ Vides fuiſſe interkalatum menſem, eumque Adar eſſe, non tantum vt rationes motus Lunaris cum rationibus Solis paria facerent, ſed etiam vt Paſcha ſuo celebraretur tempore, nempe poſt Æquinoctium vernum: Scitum enim eſt veterum Iudæorum, & ante Chriſti tempora perpetuo obſeruatum, vt nunquam Paſcha ante vernum Æquinoctium celebraretur, ſed ſemper poſt Æquinoctium: id docent Philo, Ioſephus, Muſæus, ijſque antiquiores Agathobuli duo, & Ariſtobulus apud Anatolium Lib. τῶν περὶ τοῦ Πάσχα κανόνων, referente Euſebio Hiſtoria VII. ἔστι δὲ οὐχ ἡμέτερος οὗτος ὁ λόγος, Ἰουδαίοις δ᾽ ἐγινώσκετο τοῖς πάλαι καὶ πρὸ Χριστοῦ, ἐφυλάττετό τε πρὸς αὐτῶν μάλιστα, μαθεῖν δ᾽ ἔστιν, ἐκ τῶν ὑπὸ Φίλωνος Ἰωσήπου, Μουσαίου λε-

γραμμάτων, καὶ οὐ μόνον τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι παλαιοτέρων, ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων τῶν ἐπίκλην διδασκάλων Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα κατειλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφάς, Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ, καὶ τῷ τούτου πατρί, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσιν. οὗτοι τὰ ζητούμενα κατὰ τὴν ἔξοδον ἐπιλύοντες, φασὶ δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός. τοῦτο δ' εὑρίσκεσθαι, τὸ πρῶτον τμῆμα τοῦ ἡλιακοῦ, ἢ ὥς τινες αὐτὸν ὠνόμασαν ζωοφόρου κύκλον, διεξιόντος ἡλίου. ὁ δ' Ἀριστόβουλος προστίθησιν, ὡς εἴη ἐξανάγκης τῇ τῶν Διαβατηρίων ἑορτῇ μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ. τῶν γὰρ ἰσημερινῶν τμημάτων, ὄντων δύο, τοῦ μὲν, ἐαρινοῦ, τοῦ δὲ, μετοπωρινοῦ, καὶ διαμετρούντων ἄλληλα δοθείσης τε τῆς τῶν Διαβατηρίων ἡμέρας, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς μεθ' ἑσπέραν, ἐστήξεται μὲν ἡ σελήνη τὴν ἐναντίαν, καὶ διάμετρον τῷ ἡλίῳ στάσιν. ὥσπερ οὖν ἔξεστιν ἐν ταῖς πανσελήνοις ὁρᾶν. ἔσονται δέ, ὁ μὲν κατὰ τὸ ἐαρινὸν ἰσημερινὸν ὁ ἥλιος τμῆμα. ἡ δέ, ἐξανάγκης κατὰ τὸ μετοπωρινὸν ἰσημερινὸν ἡ σελήνη· οἶδα πλεῖστα καὶ ἄλλα πρὸς αὐτῶν λεγόμενα, τοῦτο μὲν πιθανά· τοῦτο δὲ κατὰ τὰς κυριακὰς ἀποδείξεις προϊόντα, δι' ὧν παριστάνειν πειρῶνται τὴν τοῦ Πάσχα καὶ τῶν Ἀζύμων ἑορτήν, δεῖν πάντως μετ' ἰσημερίαν ἄγεσθαι.

Locus est laudabilis & quantiuis pretij, quo docemur ante tēpora Christi Iudæos celebrasse semper Pascha post Æquinoctium vernū: quare mensem Adar interkalabant, quotiescumq; Æquinoctiū, idest, dies ille, quo statutum erat Æquinoctium vernū, cadebat in diem sextum decimum mensis Nisan, vel post

diem ſextum decimum. Habes apud Maimonidem cap. IV. על שלשה סימנין מעברין את השנה על התקופה ועל אביב ועל פירות האילן Propter tres cauſas interkalabant in anno, propter epocham anni Solaris, propter fruges maturas, & propter fructus arborum: בית דין מחשבין ויודעין אם תהיה תקופת ניסן בששה עשר בניסן או אחר ומן זה מעברין אותו השנה ויעשו אותו ניסן אדר שני כדי שיהיה הפסח בזמן האביב ועל סימן זה סומכין ומעברין ואין חוששין לסימן אחר. Iudices computo inito ſciebãt, ſi Tekupha Niſan eſſet ſextodecimo Niſan die, aut poſt: & interkalabant in eo anno, mutato Niſan in Adar geminum: nimirũ vt Paſcha incideret in tempus maturarum frugum: & cùm huic ſigno inniterentur, ita interkalabant, neque alterius vllius ſigni rationem habebant. Addit præterea Maimonides Iudices, ſi animaduertiſſent nondum maturas eſſe fruges, ex quibus offerretur manipulus die ſextodecimo Niſan, ſed adhuc ſerotinas eſſe, neque fructus arborum, quibus mos eſt tempore Paſchali florere, interkalaſſe in anno, quanquam epocha Æquinoctij verni anteuerteret ſextumdecimum menſis Niſan diem. Atqui maturæ non fuiſſe videntur fruges, vbi erat interkalandum, propterea quod epocha anni Solaris caderet in ſextumdecimum diem Niſan, aut poſt: neque enim tunc interkalabant, כדי שיהיה הפסח בזמן האביב niſi vt Paſcha incideret in tempus maturarum frugum: quare vix eſt vt non maturuerint fruges, epocha Æquinoctij verni non anteuertente ſextumdecimum diem Niſan. Sunt & aliæ interkalandi neceſſitates ibidem à Maimonide recen-

ſitæ, propter ἐπιχειμασίας, propter tempeſtates, propter pontes euerſos, propter diluuia atque pluuias, quando ſcilicet populus Hieroſolyma conuenire non poterat: item propter fornaces, quæ agno aſſando conſtruebantur, dirutas, & alia, quæ cùm rarò admodum contingerent, non cadunt ſub regulam. Vera enim atque vnica interkalandi cauſſa erat, quando epocha Æquinoctij verni erat die ſextodecimo Niſan, aut poſt: In cognitionem autem huius rei veniebant, quia formam & typum anni Solaris habebant penes ſe, non quod is annus in dies ciuiles eſſet receptus ante Auguſti ætatem, ſed quia eo tanquam regulâ temporum vtebantur, vt ad dies illius, (vnde annus dierum appellatur) tanquam ad amuſſim, menſes Lunares dirigerentur: Atque in hanc cogitationem incumbebant extremo menſe Adar: Aben Ezra: מנהג בית דין להסתכל בכל סוף חדש אדר אם הוא צריך לעבר שנה או לא Mos Conſiſtorij cōſiderare in exitu omnis menſis Adar, vtrum neceſſe eſſet interkalarem annum facere. Poſtquam propter ſerum anni interkalandum eſſe deprehenderant, Conſiſtorium dabat hac de re literas ad Galilæos & alios Iſraëlitas, quibus admonebant interkalandum eſſe menſem Adar. Maimonides: כשמעברין בית דין את השנה כותבין אגרות לכל המקומות הרחוקים ומודיעי׳ אותן שעברוה ומפני מה עיברו ועל לשון הנשיא נכתבו ואנמר להן יורע לכם שהסכמתי אני והברי והופנו על שנה זו כך וכך רצו תשעה ועשרי׳ יום רצו שלשים יום Huiuſmodi Epiſtolij exemplar edidit vir Illuſtris in Canonibus Iſagogicis CCLXXVIII. Sed, vt plurimùm,

plurimùm, dies triginta menſi Adar interkalari attribuebantur, vt colligere licet ex iis quæ paulò ante ex eodem Maimonide deſcripſimus, & his Epiſtolæ verbis ad Iudæos τῆς διασαφήσεως ושפרת מילתא באנפי חביראי ואוסיפית על שתא דא תלתין יומין. Ideo placuit negotium coram me & collegis meis, & adieci huic anno triginta dies: Referunt quoque Talmudici duos annos continuos fuiſſe à R. Akiba interkalatos. Aben Ezra in XXIII. caput Leuitici, ואמרו על ר׳ עקיבא שקבע שתי שנים מעוברות שנה אחר שנה לפי צורך השעה & dicitur de Magiſtro Akiba, quod duos annos continuos embolimæos fecerit propter neceſſitatem temporis, hoc eſt, διὰ τὸ ἐπεῖγον τῆς ὥρας, qua de re infra, Deo dante, dicturi ſumus.

Capvt III.

Diximvs præcedenti capite interkalatum à Iudæis fuiſſe, nunc verò inueſtigandum eſt quibus annis interkalatum ſit: Qua de re vt nobis conſtet, diligenter diſtinguenda ſunt tempora, quæ, quod quidem hoc argumentum ſpectat, in duo interualla commodè diuidi & diſtribui poſſunt, quãdiu res Iudæorum fuerunt, vrbſque cum Templo ſtetit: Vnum eſt à Moyſe ad tempora Auguſti: alterum à temporibus Auguſti: mutauit enim interkalandi ratio, quia mutauit Æquinoctij ſedes, quãquam eadem ſit vtriuſque interualli annorum Periodus: de qua nunc à nobis, σὺν Θεῷ δ' εἰπεῖν, dicendum eſt.

Vir Illustris existimat Iudæos à Seleucidarũ temporibus vsos fuisse Calippica Periodo, idque non aliunde probat, quàm exemplis aliquot, quorum tempora assignat ex hac Periodo in annis Iulianis, obseruata Translatione feriarum, quam nisi admittas antiquitus vsurpatam fuisse Iudæis, corruet & illud obtinuisse apud Iudæos Periodum annorum Seleucidarum: Atqui certum est Iudæis in vsu nõ fuisse olim hanc Translationem feriarum, quamdiu obseruarunt veros motus Lunæ, & Neomeniæ indictæ sunt à prima eius visione: vbi verò veri motus prætermissi sunt, & ratio tantùm est habita mediorum motuum Translationes feriarum vsurpatæ sunt: Habes apud Maimonidem Lib. laudato cap. VII. Nam vbi egit iam ante capite præcedenti de nouitio Iudæorũ anno, capite isto primore addit: אין קובעין לעולם ר״ח תשרי לפי חשבון זה לא באחד בשבת ולא ברביעי בשבת ולא בערב שבת וסימן להם אד״ו אלא כשיהיה מולד תשרי באחד מג׳ ימים האלו קובעין ראש חדש ביום של אחריו׃ Ex his verbis satis constat Translationes feriarum non fuisse vsurpatas ante hanc nouam anni formam: Nam cùm eam opponat veteri Iudæorum anno, & illi adtribuat vsum Translationis feriarum, huic proculdubio denegat, sed id manifestiùs liquet è paragraphis VII. & VIII. מפני מה אין קובעין בחשבון זה בימי אד״ו לפי שהחשבון הזה הוא לקיבוץ הירח והשמש בהלוכם האמצעי לא במקום האמתי כמו שהודענו לפיכך עשו יום קביעה יום דחייה כדי לפגוע ביו׳ קיבוץ האמתי ביצד בשלישי קובעין ברביעי דוחין בחמישי קובעין בששי דוחין בשבת קובעין באחד בשבת דוחין

בשני קובעין׃ ועיקר שאר הארבע דחיו׳ אלו הו׳ זה העיקר׳ שאמרנו שהחשבון הזה במהלך אמצעי וראיה לדבר שהמולד יהיה בליל שלישי וידחה לחמישי פעמים רבו׳ לא ירא׳ ירח בליל חמישי ולא בליל ששי מכלל שלא נתקבצו השמש וירח קבוץ אמתי אלא בחמישי Sensus horum verborum est, propterea quod iste Computus accommodatus est ad coniunctiones Solis & Lunæ, secundum medium illorum siderum motum, non habita ratione veri eorumdem loci, dies certos præfinitos fuisse, quibus Neomenias defigerent, & alios reijculos, vt ea ratione veram coniunctionem assequi possent. Ex his igitur constat, Iudæos quamdiu Neomenias indixerunt à prima Lunæ visione, & veri motus ratiocinijs, non vsurpasse Translationes feriarum: Atqui stante Templo, eóque diruto aliquot post annis, siue seculis, vt fatetur vir magnus, Neomenias secundum primam Lunæ visionem indixerunt. Alterum argumētum non leue aduersus sententiam τοῦ μακαρίτου petitur ex eo, quod in Calippica annorum Seleucidarum Periodo, non semel quartadecima Nisan anteuertit Æquinoctium vernum, quacumque tandem die illud statuatur, siue qua Moysis ætate fuit, siue cum Calippo, aut Sosigene, alijsque: Atqui Iudæi ante Christi tempora nunquam Pascha ante Æquinoctium vernum celebrarunt.

CAPVT IV.

PERIODVS omnium, vt simplicissima, ita etiam antiquissima est Octaëteris, quam vsur-

parunt Iudæi, & ab ijs acceperunt vetustiſſimi Chriſtiani, quorum Octaëteridas memorat Hiſtoria Eccleſiaſtica: ſed nobis ſermo eſt de Iudæorum Octaëteride. Illis adſcribit Africanus apud B. Hieronymum in caput IX. Danielis his verbis: *A viceſimo autem anno Artaxerxis Regis vſque ad Chriſtum, complentur hebdomadæ ſeptuaginta, iuxta Lunarem Hebræorum ſupputationem: qui menſes non iuxta Solis, ſed iuxta Lunæ curſum numerant. Nam à centeſimo & quintodecimo anno Regni Perſarum, quando Artaxerxes Rex eiuſdem imperij viceſimum regni ſui habebat annum: & erat octogeſimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus, vſque ad ducenteſimam ſecundam Olympiadem, & ſecundum eiuſdem Olympiadis annum, Tiberijque Cæſaris annum quintumdecimum, colliguntur anni quadringenti ſeptuagintaquinque, qui faciunt annos Hebraïcos quadringentos nonaginta iuxta Lunares, vt diximus, menſes. Qui ſecundum illorum ſupputationem poſſunt facere per ſingulos menſes dies vigintinouem & ſemis, ita vt Solis circulus per annos quadringentos nonaginta plus habeat dies trecentos ſexagintaquinque, & quartam diei partem: & per duodecim menſes, ſingulorum annorum vndecim dies & quarta diei pars amplius reperiatur. Vnde Græci & Iudæi per octo annos trium menſium* ἐμβολισμοὺς *faciunt. Si enim octies vndecim & quartam partem volueris ſupputare, nonaginta dies, hoc eſt, tres menſes efficies, & in quadringentis ſeptuaginta quinque annis octonarij reperientur anni quinquaginta nouem, & menſes tres, qui ſimul faciunt plus minuſve annos quindecim.*

quos si quadringentis septuaginta quinque annis volueris addere, septuaginta annorum facies hebdomadas, hoc est, simul annos quadringentos nonaginta. Hæc Africanus in quinto Temporum volumine. Græca ipsa illius verba habemus apud Eusebium ἀποδείξεως Lib. VIII. Ετη συνάγεται τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε, ἅπερ ἑβραϊκὰ τετρακόσια ἐννενήκοντα γίνεται, κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐκείνων ἐξαριθμουμένων, ὡς ἔστι παρέχεσθαι εἰπεῖν, ἡμερῶν τριακοσίων πεντήκοντα τεσσάρων, τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου ὑπάρχοντος ἡμερῶν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε τετάρτου. τὴν γὰρ κατὰ σελήνην δωδεκάμηνον παραλλάσσει ἡμέραι ἕνδεκα καὶ τετάρτῳ. διὰ τοῦτο Ελληνες καὶ Ιουδαῖοι τρεῖς μῆνας ἐμβολίμους ἔτεσιν ὀκτὼ παρεμβάλλουσιν. ὀκτάκις γὰρ τὰ ἕνδεκα τέταρτον, ποιεῖ τρίμηνον. τὰ τοίνυν τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη, ὀκταετηρίδες γίνονται πεντήκοντα ἐννέα, καὶ μῆνες τρεῖς. ὡς τριμήνου δὲ ἐμβολίμου τῇ ὀκταετίᾳ γινομένης, ἔτη πεντεκαίδεκα ὀλίγων ἡμερῶν ἀποδεόντων γίγνονται. ταῦτα δὲ πρὸς τοῖς τετρακοσίοις ἑβδομήκοντα πέντε ἔτεσιν, αἱ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συντελοῦνται. Sed longè plura & magis expressa docet B. Epiphanius Hæresi LXX. quæ est Audianorum 351. Τοῦ γὰρ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον πληρουμένου ἐν τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις καὶ ὥραις τρισί, συμβαίνει διὰ δὲ τὴν σεληνιακὴν ποιεῖν τὸν ἐνιαυτὸν ἡμέραις τριακοσίαις πεντήκοντα τέσσαρσι, λείπεσθαι τῷ μὲν κατὰ τὴν σελήνην δρόμῳ ἕνδεκα ἡμέρας καὶ ὥρας γ΄. καὶ τῷ μὲν πρώτῳ ἐνιαυτῷ γίνονται αἱ καλούμεναι ἐπακταὶ ἕνδεκα καὶ ὧραι τρεῖς. δευτέρῳ ἔτει ἡμέραι εἴκοσι δύο, ὧραι ἕξ, τρίτῳ ἐνιαυτῷ ἡμέραι τριάκοντα τρεῖς, καὶ ὧραι θ΄. ὃ τέμνεται ὁ εἷς μὴν ἐμβόλιμος καλούμενος. ἐμβολιμεύονται γὰρ αἱ τριάκοντα

ἡμέραι, ὑπολείπονται δὲ ἡμέραι τρεῖς, ὧραι θ'. αἵ τινες προστιθέμεναι ταῖς ἕνδεκα ταῖς ἀπὸ τετάρτου ἔτους, καὶ ὥραις τρισὶ, γίνονται ἡμέραι ιδ', ὧραι ιβ', ἄλλων ἕνδεκα προστιθεμένων καὶ ὡρῶν τριῶν, γίνονται κε' ἐπακταὶ, καὶ ὧραι ιε'. καὶ τῷ ἕκτῳ ἐνιαυτῷ προστιθεμένων ἄλλων ια' τοῦ ἔτους, καὶ ὡρῶν γ', γίνονται ἡμέραι λϛ', καὶ ὧραι ιη', αἳ ποιοῦσιν ἐμβόλιμον μῆνα ἕνα, καὶ ἐμβολιμεύθησαν καὶ κατὰ τρία ἔτη μῆνες δύο, τοῖς πρώτοις τρισὶν ἔτεσι μὴν εἷς, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι μὴν ἕτερος, καὶ περιλείπεται ἀπὸ τῶν ἐπακτῶν ἡμέραι ἓξ καὶ ὧραι δέκα καὶ ὀκτώ. προστιθεμένων δὲ τούτων τῷ ἑβδόμῳ ἔτει ταῖς ια', ταῖς ἀπὸ τοῦ ἔτους, καὶ ὥραις τρισὶ, γίνονται ἐπακταὶ ιζ', ὧραι κα', καὶ τῷ δὲ ὀγδόῳ ἔτει προστιθεμένων πάλιν τῶν ια' ἡμερῶν καὶ ὡρῶν γ', γίνονται ἡμέραι κη' ἐπακταὶ, καὶ ὧραι κδ', αἳ ποιοῦσιν ἡμέρας β'. ἐκ τούτων τῶν ὡρῶν προστιθεμένων ταῖς κη' ἡμέραις, γίνονται ὁμοῦ λ'. καὶ συμβαίνει κατὰ τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν ἐμβολιμεύεσθαι τὰς λ' ἡμέρας, τὸν ἕνα μῆνα εἰς τὰ δύο ἔτη, καὶ οὕτως κατὰ περίοδον ὀκταετηρίδος ἐνενήκοντα ἡμέραι, οἵ τινές εἰσι πληρέστατοι μῆνες τρεῖς ἐμβόλιμοι, οἳ γίνονται κατὰ τρία ἔτη μὴν εἷς, καὶ κατὰ δύο τὰ ὕστερα ἔτη μὴν εἷς. ἐν τούτοις τοῖς τρισὶν ἐμβολίμοις τῶν τριῶν συστάσεων διαφωνεῖ τὸ Πάσχα παρὰ Ἰουδαίοις τε καὶ Χριστιανοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις. Non ignoramus Epiphanium alibi, nempe Hæreſi LI. *Alogorum*, exiſtimare Iudæis Chriſti tempore in vſu fuiſſe Periodum quandam annorum quatuordecim, ſiue potius octoginta quatuor annorum. Sed hæc Periodus nobis non poteſt probari, cùm ex ea non poſſit commodè aſſignari tempus vllius rei geſtæ, quæ præceſſerit aut ſubſecuta ſit tempora Chriſti: verùm nos de ea infra, θεοῦ διδόντος, pluribus agemus. Benè igitur

Epiphanius, cùm ſcribit Iudæorum Periodum fuiſſe Octaëteridem, quanquam non aſſecutus eſt cauſſas & rationem interkalandi Iudæorum: Ea nos ex iis, quæ iam antè obſeruauimus, in medium proferemus: Scribit Anatolius, quod ab Ariſtobulo & Agathobulis duobus habet, Iudæos ante Chriſti tempora nunquam Paſcha celebraſſe ante Æquinoctiũ vernum, ſed ſemper poſt Æquinoctium; ſcitumque illorum eſt, τὴν τοῦ Πάσχα καὶ τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν δεῖν πάντως μετ᾽ ἰσημερίαν ἄγεσθαι. Quare, vt docet Maimonides, iis interkalabant annis menſem Adar, quibus ſextusdecimus dies Niſan, aut deinceps, in diem, quo ſtatuebatur Æquinoctium vernum, cadebat. Moyſes Iudæos ex Ægypto eduxit die quintodecimo menſis Niſan, cuius Neomenia fuit quarto Nonas Aprileis, feriâ ſecundâ, & incidit pridie ipſius Æquinoctij verni. Statuimus igitur Æquinoctium vernum tertio Nonas Aprileis, & quamuis anticiparit Æquinoctium, & ſedes mutauerit, non tamen mutauit, meo iudicio, apud Iudæos ad Auguſti tempora obſeruatio huius diei tertij Nonas Aprileis, perinde ac ſi eo die Æquinoctium eſſet: Eſt igitur in Iudæorum Octaeteride ad Auguſti vſque tempora ſedes Æquinoctij verni tertio Nonas Aprileis: itaque quotieſcumque ſextusdecimus dies Niſan, aut infra, cadebat in diem tertium Nonas Aprileis, eo anno interkalabatur menſis Adar. Quare ter in Octaëteride interkalabatur: Eſt autem inſtituenda Octaëteris ab eo anno, quo Iudæos Moyſes ex Ægypto eduxit. Is annus erat ab Orbe condito bis milleſimus quadrin-

gentesimus quinquagesimus tertius, Cyclo Solis XXV, literâ Dominicali ED. estque primus annus Octaëteridis, cuius hoc est Diagramma:

OCTAETERIS. IVDÆORVM.

ANNI. Periodi.	QVAL.	NEOMENIA. Nisan.	LIT. Dom.	DIES Ann.
I.		II. Aprilis.	ED.	354.
II.	Embolim.	XXII. Martij.	C.	384.
III.		X. Aprilis.	B.	354.
IV.	Embolim.	XXX. Martij.	A.	384.
V.		XVII. Aprilis.	GF.	354.
VI.		VI. Aprilis.	E.	354.
VII.	Embolim.	XXVI. Martij.	D.	384.
VIII.		XIV. Aprilis.	C.	354.

Ter hic interkalatur, ne sedes Æquinoctij cadat in diem sextumdecimum Nisan, aut sequentes, nam Pascha non celebrabant ante Æquinoctium vernum, qua de re Agathobuli duo & Aristobulus testimonium apud Anatolium dicunt.

CAPVT V.

OCTAETERIDEM ita constitutam restat vt adstruamus exemplis, cum auctoritate veterum destituamur: Refert Auctor Maccabaïci primi cap. I. profanatum fuisse ab Antiocho Tem-

pli

pli religionem anno Græcorum centeſimo quadrageſimo quinto, die viceſimo quinto menſis Caſleu: πέμπτῃ καὶ εἰκάδι ἡμέρα Χασλεῦ τοῦ πέμπτου καὶ τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἔτει θυσιάζοντες ἐπὶ τὸν βωμόν, &c. Annus hic centeſimus quadrageſimus quintus non ſinit nos dubitare annum vertiſſe ab Orbe condito termilleſimum ſeptingenteſimum octageſimum ſecundum, Cyclo Solis X, litera Dominicali B. Erat igitur annus ſecundus Octaëteridis Iudæorum, cuius Neomemo Niſan cepit die viceſimo ſecundo Martij: Quare dies viceſimusquintus menſis Caſleu cadit in ſeptimum Decembris diem, qui erat ſextus Apellæi Syromacedonum: Nam Hyperberetæus anni centeſimi quadrageſimi quinti Græcorum cepit die quarto Septembris, feriâ primâ, anno termilleſimo ſeptingenteſimo octageſimo ſecundo: adde modum menſium trium, eſt enim hic annus embolinæus, cui menſis interkalatur ſtatim ab ipſo principio, vt infra, Deo dante dicemus: ergo ſextus Apellæi dies in ſeptimum Decembris cadit: Anno ab hinc tertio, qui Græcorum erat centeſimus quadrageſimus octauus, Iudas Maccabæus, occupata vrbe ſacra, nouum induxit inſtitutum, Sacerdotum familias recenſuit, & tandem die viceſimo quinto menſis Caſleu Encæmia Templi celebrauit, ſacraque de nouo peregit. I. Maccab. IV. καὶ ὤρθρισαν τοπρωῒ τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς τοῦ ἐνάτου, οὗτος ὁ μὴν Χασλεῦ, τοῦ ὀγδόου, καὶ τεσσαρακοστοῦ, καὶ ἑκατοστοῦ ἔτους, καὶ ἀνήνεγκαν θυσίαν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κατὰ τὸν καιρὸν, κατὰ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐβεβήλωσαν αὐτὸ τὰ ἔθνη. Dies ille viceſimus quin-

tus menſis Caſleu Sabbatum fuiſſe videtur : Nam Sabbato ſuum adibant munus Ephemeriæ ſingulæ, & ſeptem dies operabantur : Ioſephus de Dauide : διέταξε δὲ μίαν πατριὰν διακονεῖσθαι τῷ θεῷ ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ Σαββάτῳ ἐπὶ Σάββατον. Ac proinde Sabbato primùm cepit, Iuda auctore, prima Ephemeria ſacris operari. Operata autem eſt primùm die viceſimo quinto menſis Caſleu : Quare hoc anno dies viceſimus quintus Caſleu fuit Sabbatum, quo ſacra de nouo ſunt inſtaurata. Annus vero is erat ab Orbe condito termilleſimus ſeptingenteſimus octageſimus quintus, Cyclo Solis XIII., literâ Dominicali FE. quare erat annus quintus Octaëteridis Iudæorum, cuius Niſan cepit die decimo ſeptimo Aprilis. A Neomenia Niſan ad diem menſis Caſleu viceſimũ quintum, menſibus alternis plenis & cauis, excepto Marchesvvan, qui plenus eſt, dies numerantur ducenti ſexaginta duo : Totidem dierum eſt interuallum à decimoſeptimo Aprilis die ad tertium Ianuarij anni ſequentis. Ergo viceſimus quintus dies Caſleu incidit in diem tertium Ianuarij, anni termilleſimi ſeptingenteſimi octageſimi ſexti, feriâ ſeptimâ; qui dies erat ſeptimus, ſiue potius politicè octauus menſis Audynæi Syromacedonum : Hyperberetæus enim anni centeſimi quadrageſimi octaui Græcorum cepit Kalendis Septembris, anno termilleſimo ſeptingenteſimo octageſimo quinto : adde modum menſium quatuor, quia annus eſt embolimæus : ergo dies ſeptimus Audynęi cadit in diem tertium Ianuarij, anni termilleſimi ſeptingenteſimi octageſimi

ſexti, feriâ ſeptimâ. Sed his aduerſari videtur Ioſephus, qui vtriuſque anni diem viceſimum quintum menſis Caſleu cum viceſimo quinto Apellæi Syromacedonum comparat: En tibi eius verba è Lib. XII. cap. VII. de profanato Templo: συνέβη δὲ μετὰ ἔτη δύο τῷ ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει, μηνὸς πέμπτῃ καὶ εἰκάδι, ὃς καλεῖται κατὰ μὲν ἡμᾶς Χασλεῦ, κατὰ δὲ Μακεδόνας Ἀπελλαῖος, ὀλυμπιάδι ρνγʹ. καὶ γὰρ τὰς καθημερινὰς θυσίας, ἃς προσέφερον τῷ θεῷ κατὰ τὸν νόμον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς προσφέρειν. ἐποικοδομήσας δὲ καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ βωμὸν ὁ βασιλεὺς, σύας ἐπ' αὐτοῦ κατέσφαξε, θυσίαν οὐ νόμιμον οὐδὲ πάτριον τῇ Ιουδαίων θρησκείᾳ ταύτην ἐπιτελῶν. De Encænijs verò Iudæ Maccabæi iſta leguntur eodem Lib. cap. XI. πέμπτῃ δὲ καὶ εἰκάδι τοῦ Χεσλαίου μηνὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Ἀπελλαῖον καλοῦσι, ἧψάν τε φῶτα ἐπὶ τῆς λυχνίας, καὶ ἐθυμίασαν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ ἄρτους τὴν τράπεζαν ἐπέθηκαν, καὶ ὡλοκαύτωσαν ἐπὶ τοῦ καινοῦ θυσιαστηρίου. ἔτυχε δὲ ταῦτα κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γένεσθαι, καθ' ἣν καὶ μετέπεσεν αὐτῶν ἡ ἁγία θρησκεία εἰς βέβηλον καὶ κοινὴν συνήθειαν μετὰ ἔτη τρία. τὸν γὰρ ναὸν ἐρημωθέντα ὑπ' Ἀντιόχου διαμεῖναι τοιοῦτον ἔτεσι συνέβη τρισίν· ἔτει γὰρ πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ, καὶ ἑκατοστῷ ταῦτα περὶ τὸν ναὸν ἐγένετο, πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Ἀπελλαίου μηνός, ἡ κάθαρσις δ' ἐγένετο ηʹ καὶ ρʹ καὶ μʹ ἔτει, Ολυμπιάδι ρʹ καὶ νʹ καὶ δʹ. Annum primum vertentem Olympiadis centeſimæ quinquageſimæ quartæ componit Ioſephus cum anno Græcorum centeſimo quadrageſimo octauo, vnde colligere eſt Encænia Iudæ Maccabęi incidiſſe, è Ioſephi ſententia, in annum affectum termilleſimum ſeptingenteſimum octage-

ſimum ſextum, Cyclo Solis XIV. litera Dominicali D, à cuius diebus æſtiuis cepit Olympias centeſima quinquageſima quarta. Quare Templum ab Antiocho profanatum erit anno ſecundo vertente Olympiadis centeſimæ quinquageſimæ tertiæ, affecto iam anno ter milleſimo ſeptingenteſimo octageſimo tertio, Cyclo Solis XI. litera Dominicali A. Annus hic termilleſimus ſeptingenteſimus octageſimus tertius, eſt tertius Octaëteridis Iudæorum, cuius Niſan cepit Aprilis die decimo: Ergo dies viceſimus quintus menſis Caſleu cadit in diem viceſimum ſextum Decembris. Idem annus erat Ioſepho centeſimus quadrageſimus quintus Græcorum, cuius Hyperberetæus cepit, vt iam ante diximus, die quarto Septembris, eſtque annus embolimæus: Quare dies viceſimus quintus Apellæi Syromacedonum in diem viceſimum ſextum Decembris cadit. Rurſum annus termilleſimus ſeptingenteſimus octageſimus ſextus eſt ſextus Octaëteridis Iudæorum, cuius Niſan cepit die Aprilis ſexto. Ergo dies viceſimus quintus Caſleu, menſibus alternis plenis & cauis, excepto Marcheſvvan, qui plenus eſt, cadit in diem viceſimum ſecundum Decembris. Idem annus erat Ioſepho centeſimus quadrageſimus octauus Græcorum, & embolimæus, cuius Hyperberetæus cepit, vt diximus, Kalendis Septembris: adde modum menſium trium, dies viceſimus quintus Apellęi in diem viceſimum ſecundum Decembris cadit: atque ita Iudæorum menſis cum illo Syromacedonum paria facit, quod Ioſephus ſcribit.

Caput VI.

REFERT Iosephus è Nicolao Damasceno ea, quæ contigerunt Iudæis, & eorum Ethnarchæ Hyrcano, initio imperij Antiochi, qui Sidetes dictus est. Obsedit Hyrcanum Antiochus, anno primo Sacerdotij illius: Fœdus deinde icit cum eo post σκηνοπηγίαν. Hyrcanus secutus est Regem Antiochum in expeditionem in Parthos: fortè incidit Iudaïcum festum, quo Hyrcano obiecta est religio iter facere: adit itaque Regem, contendit ab eo, ne eo die expeditio suscipiatur, aut exeatur: quòd sibi homini Iudæo non liceret patrio festo aliquid facere, aut iter suscipere, esse enim Iudæorum ἑορταῖς ἀνεκδημήτοις, καὶ ἀνεξοδεύτοις, impetrat à Rege. Damasceni verba apud Iosephum Libro XIII. cap. XVI. Τρόπαιον δὲ στήσας Ἀντίοχος ἐπὶ τῷ Λύκῳ ποταμῷ, νικήσας Ἰνδάτην τὸν Πάρθων στρατηγὸν, αὐτόθι ἔμεινεν ἡμέρας δύο, δεηθέντος Ὑρκανοῦ τοῦ Ἰουδαίου, διά τινα ἑορτὴν πάτριον, ἐν ᾗ τοῖς Ἰουδαίοις οὐκ ἦν νόμιμον ἐξοδεύειν. Ecce duo continua solemnia, aut duo saltem continui feriati dies, propter quos abstinetur à profectione: Iosephus verba Damasceni interpretans subijcit: Ταῦτα μὲν οὐ ψεύδεται λέγων. ἐνέστη γὰρ ἡ Πεντηκοστὴ ἑορτὴ μετὰ τὸ σάββατον. Duo igitur festiui dies, Sabbatum, & Pentecoste. Tempus inuestigat Illustris Heros ὁ μακαρίτης. Hyrcanus, inquit, obsessus fuit ab Antiocho anno primo Sacerdotij sui, statim post cædem Simonis patris: Simon autem interfectus fuit mense Adar, anno Contractuum

CLXXVII, anno Sabbatico. Igitur annus CLXXVII Antiochenus erat Sabbaticus. Anno autem sequente CLXXVIII. Antiochus fœdus iniuit cum eo solemni σκηνοπηγίας. Sequenti æstate Neomenia Sivvan incidit in feriam tertiam: Ac proinde Pentecoste, quæ semper est sexta Sivvan, fuit feriâ primâ. Hoc nunquam contingit, nisi quando Neomenia Nisan est Sabbatum: Neomenia igitur Nisan huius anni Martij XXVI, litera Dominicali B. Cyclo Solis XVI, feriâ septimâ: Pētecoste Maij vicesima nona, feria prima; & tamen secundum motum Lunæ Neomenia Nisan concurrebat cum feria sexta: Itaque est locus notabilis ad vetus institutum transferendę feriæ confirmandum. Verum ista nobis non probantur: duo namque peccat; prius est in assignando anno necis Simonis, alterum in anno expeditionis Antiochi in Parthos, quem secutus est Hyrcanus: & quidem quod ad prius illud attinet, Simon occisus nō est anno Græcorum centesimo septuagesimo septimo; is enim annus erat Sabbaticus: Atqui certum est è Iosepho Libro XIII. cap. XV. Simonem non fuisse interfectum anno Sabbatico: Refert namque Iosephus Ioannem Hyrcanum post cædem patris sui Simonis Ptolemæum obsedisse ad arcem Dagon, oppugnationémque omisisse anno Sabbatico superueniente: ἑλκωμένης δὲ οὕτως εἰς χρόνον πολιορκίας ἐνίσταται τὸ ἔτος ἐκεῖνο, καθὸ συμβαίνει τοῖς Ἰουδαίοις ἀργεῖν. κατὰ γὰρ ζ' ἔτη τοῦτο παρατηροῦσιν ὡς ἐν ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις. Superuenit annus Sabbaticus, quando Dagon arcem oppugnabat Hyrcanus, itaque propter religionem anni

Sabbatici, qui inſtabat, obſidionem ſoluit, quam fecerat anno ſexto Semita. Quare cæſus eſt Simon anno ſexto Semita, non Sabbatico, anno centeſimo ſeptuageſimo ſexto Græcorum, non ſeptuageſimo ſeptimo: fuitque annus Græcorum centeſimus ſeptuageſimus ſeptimus, Sabbaticus, qui cœpit ab autumno anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi quartidecimi: Hoc ipſo anno Sabbatico, cùm verteret annus termilleſimus octingenteſimus quintusdecimus, atque Hyrcani annus primus, bellum Hyrcano infert Antiochus Sidetes; eratque annus ſecundus Olympiadis centeſimæ ſexageſimæ primæ: Qua de re corruptus eſt Ioſephi locus Lib. XIII. cap. XVI. Ἀντίοχος δὲ χαλεπῶς ἔχων ἐφ' οἷς ὑπὸ Σίμωνος ἔπαθεν, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐνέβαλε, δ' μὲν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, α' δὲ τῆς Ὑρκανοῦ ἀρχῆς, Ὀλυμπιάδος ρ' καὶ ξ' καὶ β'. Videtur olim ſcripſiſſe Ioſephus, Ὀλυμπιάδος ρ' καὶ ξ' καὶ α' β'. Imperitos librarios in errorem induxit repetitus digitalis numerus, quare τὸ α' expunxerunt: dixerat Ioſepus Olympiadis centeſimæ ſexageſimæ primæ β' ἔτει ſcilicet, anno ſecundo: Sed iſta obiter. Fœdus poſtea ſanciuit cum Hyrcano Antiochus, hoc ipſo quidem anno termilleſimo octingenteſimo quintodecimo, verum nouo Græcorum anno centeſimo ſeptuageſimo octauo, poſt σκηνοπηγίαν. Non conſtat autem, anno eodem Græcorum, cùm verteret annus termilleſimus octingenteſimus ſextusdecimus, Cyclo Solis XVI, litera Dominicali B. Hyrcanum ſecutum fuiſſe Antiochum, aut Antiochum mouiſſe in Parthos, nec certè id Ioſephus dicit,

ſed narrat Hyrcanum ſocietatem feciſſe cum Antiocho, καὶ, inquit, ποιουμένῳ τὴν ἐπὶ Πάρθους αὐτῷ στρατείαν συνεξώρμησεν Ὑρκανός. Nihil hic de tempore expeditionis in Parthos Ioſephus, ſed probat Hyrcanum præſto fuiſſe cum auxiliaribus ſuis copiis Antiocho, ex fœderis illius, quod cum eo ſanciuerat, legibus, quo tandem cumque anno in Parthos mouerit Antiochus. Imo vero quæ leguntur apud Oroſium Lib. V. cap. X. faciunt, vt colligam non eſſe illius anni, cui aſſignat vir magnus, geſtum: Nam ad annum Vrbis Conditæ IↃCXXIII, vt ipſe numerum init, qui Conſules habuit M. Perpennam, & C. Claudium Pulchrum, Oroſij verba ſunt: *Iiſdem temporibus Antiochus non contentus Babylonia atque Ecbatana, totoque Mediæ imperio, aduerſus Phraatem Parthorum Regem congreſſus, & victus eſt.* Antequam vinceretur, *tribus prœliis victor*, verba ſunt Iuſtini Lib. XXXVIII. extremo, *Babyloniam* occupauerat. Victus autem eſt exercitu per ciuitates in hiberna diſtributo. Conſulatus M. Perpennæ & C. Claudij Pulchri incidit in annum termilleſimum octingĕteſimum viceſimum, Cyclo Solis XX, literâ Dominicali D. Sed hic annus Pentecoſten habere non poteſt feriâ primâ: Exiſtimamus itaque anno ſequenti Antiochum ſuſcepiſſe expeditionem in Parthos, cui comitem & belli ſocium ſe addidit Hyrcanus. Annus is eſt termilleſimus octingenteſimus viceſimus primus, Cyclo Solis XXI, litera Dominicali CB, C. Sempronio Tuditano, Man. Aquillio Coſſ., quo Pentecoſte fuit feria prima: Nam annus eſt primus Octaëteridis Iudæorum,

cuius

cuius Neomenia Niſan cadit in diem ſecundum Aprilis Sabbato, ac proinde quintusdecimus dies Niſan fuit ſextusdecimus Aprilis Sabbato: Ergo Pentecoſte fuit die quinto Iunij, feria prima, quod ſcribit Ioſephus, ἐνέστη γὰρ ἡ Πεντηκοστὴ ἑορτὴ μετὰ τὸ Σάββατον. Rediit Hyrcanus in patriam, forte propter inſtantem annum Sabbaticum, qui cepit ab autumno huius anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi viceſimi primi, neque enim, vt è Ioſepho conſtat, Hyrcanus adfuit Antiocho, quando victus & cæſus eſt: Ὑρκανὸς γὰρ ἀκούσας τὸν Ἀντιόχου θάνατον, εὐθὺς ἐπὶ τὰς ἐν Συρίᾳ πόλεις ἐξεστράτευσεν. Atque ex hoc capite XVII. Libri XII, vt hoc obiter addam, præterea docemur, quoto anno Templum Garizim extructum ſit: Nam ſcribit, poſt mortem Antiochi Hyrcanum impreſſionem in Samaritanos feciſſe, hoc eſt, anno termilleſimo octingenteſimo viceſimo ſecundo, συνέβη γὰρ τὸν ναὸν τοῦτον ἔρημον γενέσθαι μετὰ ἔτη σ'. Poſt annum ducenteſimum dicit dirutum fuiſſe Templum Garizim ab Hyrcano, hoc eſt, anno ducenteſimo primo, ex quo conditum eſt. Quum autem hic annus ducenteſimus primus, idemque vltimus Templi Garizim cadat in annum termilleſimum octingenteſimum viceſimũ ſecundum, ſi annorum ducentorum & vnius numerũ retro ineas, colliges conditum eſſe hoc Templum Garizim anno termilleſimo ſexcenteſimo viceſimo primo, qui erat quartus Olympiadis centeſimæ duodecimæ: Sed de his ſatis.

CAPVT VII.

SCRIBIT Iosephus Hierosolyma capta fuisse à Pompeio die decimo septimo mensis Thamuz, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. Dio narrans hunc casum ait fuisse Sabbatum: Iosephi verba sunt Libro XIV. cap. VIII. Καὶ γὰρ ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα, τῆς νηστείας ἡμέρᾳ, κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν, καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὑπατευόντων Γαΐου Ἀντωνίου καὶ Μάρκου Τυλίου Κικέρωνος. Annus qui Consules habuit M. Tullium Ciceronem, & C. Antonium, erat ab Orbe condito termillesimus octingentesimus octagesimus septimus, Cyclo Solis III. literâ Dominicali D, idemque erat tertius Octaëteridis Iudæorum, cuius Nisan cepit die decimo Aprilis, feriâ sextâ: Adde tres continuos menses plenos, (quod non semel accidit, cùm Neomenia indiceretur עלפי הריאה secundæ Lunæ visionem.) Thamuz dies decimus septimus, τῆς νηστείας ἡμέρᾳ cadit in diem vicesimum quintum Iulij, feria septima. Eodem quoque die rursum capta sunt Hierosolyma ab Herode & Sosio. Iosephus Lib. XIV. cap. XXVIII. τοῦτο δὲ πάθος συνέβη τῇ Ἱεροσολυμιτῶν πόλει, ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Ἀγρίππα, καὶ Κανινίου Γάλλου, ἐπὶ τῆς ρπε' Ὀλυμπιάδος, τῷ γ' μηνὶ, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας, ὥσπερ ἐκ περιτροπῆς τῆς γενομένης ἐπὶ Πομπηΐου τοῖς Ἰουδαίοις συμφορᾶς, καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνου τῇ αὐτῇ ἑάλωσαν ἡμέρᾳ. Annus hic captæ Vrbis ab Herode & Sosio, erat ab Orbe condito termillesimus nongentesimus tertiusdecimus, Cyclo

Solis primo, litera Dominicali G F, in Cyclo emendato: Eo anno vertebat annus Sabbaticus: Iosephus loco laudato: λιμῷ ταλαιπωρούμενοι καὶ σπάνει τῶν ἐπιτηδείων. τὸ γὰρ ἑβδοματικὸν ἐνιαυτὸν συνέβη κατὰ ταυτὸ εἶναι. Hinc intelligenda sunt ea, quæ paullo ante præcedunt: ἦρτο δὲ συχνῶς ἤδη πολλῆς χειρὸς ἐργαζομένης, καὶ τὰ τεία χώματα εὐπετῶς, θέρος τε γὰρ ἦν, καὶ οὐδὲν ἐμποδὼν πρὸς τὴν ἀνάστασιν, οὔτ᾽ ἀπὸ τοῦ ἀέρος, οὔτ᾽ ἀπὸ τῶν ἐργαζομένων. Scilicet nihil fuerat satum autumno præcedenti, à quo ceperat annus Sabbaticus, nihil erat metendum hac æstate, qua vertebat annus Sabbaticus: Quod autem hunc mensem Thamuz tertium dicit esse Iosephus, putat Vir Illustris tertium numerari ab Ijar, quia ab eo putabant menses Hasmonæorũ; sed quod adfert de capta Vrbe à Pompeio mense tertio, qui Thamuz est, nos aliò trahimus; tertius enim obsidij mensis intelligitur: Iosephus Lib. I. ἁλωσ. τρίτῳ γὰρ μηνὶ τῆς πολιορκίας, μόλις ἕνα τῶν πύργων καταρρίψαντες εἰσέπιπτον εἰς τὸ ἱερόν. Erat autem hic annus quintus Octaëteridis Iudæorum, cuius Neomenia Nisan cepit die decimoseptimo Aprilis: adde menses tres: cadit igitur dies decimusseptimus mensis Thamuz in diem vltimum Iulij, feriâ quarta. Sed Dio confert hunc casum in diem Sabbati; nempe in annum præcedentem confert, Claudio & Norbano Coss. ἐπὶ μὲν δὴ τοῦ τε Κλαυδίου, τοῦ τε Νωρβανοῦ τοῦθ᾽ οὕτως ἐγένετο. Erat igitur annus quartus Octaëteridis Iudæorum, cuius Nisan cepit die tricesimo Martij, idémque annus erat octauus Iulianus, literâ Dominicali G, è Cyclo Solis vitioso: Dies decimus-

ſeptimus Thamuz cadit in diem quartumdecimum Iulij Sabbato: nam tres primi menſes pleni ſunt.

CAPVT VIII.

HACTENVS diſputatum eſt de Paſchali Iudæorum Octaëteride à Moyſis ad Auguſti tempora, quibus mutauit ſedes æquinoctij, itaque interkalatio, quæ ſecundum æquinoctij ſedem fiebat, vt iam ante diximus. Emendauit Iulius Cæſar Romanorum Kalendarium, vſus Soſigenis opera; Statuit autem Soſigenes æquinoctij verni ſedem diémque ante diem octauum Kalendas Aprileis, hoc eſt, die viceſimoquinto Martij: Vbi Iudæi ſententiam hanc de commiſſo æquinoctio die viceſimo quinto Martij admiſerunt, nouam quoque Paſchalem inſtituerunt Octaëteridem, quæ à præcedenti diuerſa eſt ſola interkalationis ratione, quia æquinoctij ſedes mutauit, & quæ antea numerabatur dies tertius Aprilis, haberi cepit viceſimus quintus Martij dies: Quare etiam tunc menſis Adar interkalatus eſt, quando ſedes æquinoctij, hoc eſt, viceſimus quintus Martij dies in ſextumdecimum Niſan, aut poſt ſextumdecimum Niſan incidit: Quando autem Iudæi ſententiam iſtam Soſigenis de æquinoctio commiſſo die viceſimo quinto Martij admiſerint, inueſtigandum eſt à nobis, Deo dante: Fuit tempus cùm exiſtimaremus Iudæos ad Soſigenis ſententiam non acceſiſſe, nec nouam hanc Paſchalem Octaëteridem inſtituiſſe ante annum ab

Orbe condito termillesimum nongentesimũ quinquagesimum quartum, Cyclo Solis XIV, litera Dominicali D, siue ante annum Christi Dionysianum quintum, L. Valerio Messala Voluso, & Cn. Cornelio Cinna Magno Coss. Ratio huius nostræ coniecturæ hæc erat, quòd etiamsi hanc anni sui formam omnibus orbis Romani gentibus indixisset Iulius Cæsar, non tamen statim vulgo recepta est, propter præproperam Cæsaris mortem: Quare anno tricesimo septimo à cæde Iulij Cæsaris, qui annus erat ab Orbe condito termillesimus nongentesimus quadragesimus secundus, Augustus secundum emisit Edictum anni corrigendi, quo omnibus Prouinciis illius formam imperauit, statuitque duodecim proximos annos absque interkalatione bissextili transmittendos esse, vt tres dies, qui ex præcipitata interkalatione insiti erant, eximerentur. Peractis igitur duodecim illis annis videntur Iudæi nouam Octaëteridem Paschalem instituisse, cuius primus annus cadat in annum Orbis termillesimum nongentesimum quinquagesimum quartum, eratque idem annus superioris Octaëteridis Iudæorum sextus, cuius Neomenia Nisan cepit die sexto Aprilis: Sed re paullo accuratiùs expensa, in aliam iuimus sententiam, & auctoritate B. Hieronymi, & nobili exemplo adducti: Ita igitur suspicamur, nouam à Iudæis institutam fuisse Paschalem Octaëteridem, postquam in Herodis potestatem venerunt: Herodes autem Hierosolyma cepit, sibique Iudæos subiecit anno Orbis, vt superiori capite diximus, termillesimo nongentesi-

mo tertiodecimo: Atque hoc ipſo anno non potuit mutare prior illa Paſchalis Iudæorum Octaëteris; capta enim ſunt Hieroſolyma menſe Thamuz, vt in ſuperioribus iam à nobis dictum eſt: Quare noua Paſchalis Octaeteris cepit anno ſequenti, qui eſt ab Orbe condito termilleſimus nongenteſimus quartusdecimus, Cyclo Solis II, literâ Dominicali E, L. Gellio Poplicola, & M. Cocceio Nerua Coſſ. in cuius anni diebus æſtiuis cepit Olympias centeſima octageſima ſexta: Erat hic idem annus ſextus ſuperioris Iudæorum Octaeteridis, cuius Niſan cepit die ſexto Aprilis: Annus ergo termilleſimus nongenteſimus quartus decimus eſt primus annus nouæ Paſchalis Octaeteridis Iudaïcæ, cuius hoc eſt Diagramma.

OCTAETERIS. IVDÆORVM.

ANNI. Periodi.	QVAL.	NEOMENIA. Niſan.	LIT.	DIES
I.		VI. Aprilis.	E.	354.
II.		XXVI. Martij.	D.	354.
III.	Embolim.	XV. Martij.	C.	384.
IV.		II. Aprilis.	BA.	354.
V.		XXII. Martij.	G.	354.
VI.	Embolim.	XI. Martij.	F.	384.
VII.		XXX. Martij.	E.	354.
VIII.	Embolim.	XVIII. Martij.	DC.	384.

Ter hic quoque interkalatur, ne dies viceſimus

quintus Martij, qui ſedes eſt politica Æquinoctij verni, cadat in ſextumdecimum aut poſt ſextumdecimum diem menſis Niſan: Verùm ad annum ſextum huius Octaeteridis obſeruandum eſt, ſedem æquinoctij, hoc eſt, diem octauum Kalendas Aprileis, incidiſſe in diem quintumdecimum menſis Niſan; ergo eiuſdem quartusdecimus dies erat hoc anno ante æquinoctium, cùm tamen, vt iam ante ſcripſimus, veteres conſtituerint, δεῖν τὴν τοῦ Πάσχα καὶ τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν πάντως μετ᾽ ἰσημερίαν ἄγεσθαι. Quare exiſtimo factam eſſe hac de cauſſa à Legiſperitis & viris populi primoribus ὑπέρβασιν μιᾶς ἡμέρας, ideſt, nõ quarto decimo Niſan die Paſcha celebraſſe, ſed quintodecimo, vt ita viderentur agere poſt æquinoctium, cùm inter veſperas diei quintidecimi & ſextidecimi celebrarẽt, & ſedis æquinoctij aſtronomicως obſeruati ſuprema tempeſtas fuerit ad meridiẽ diei quinti decimi Niſan. Optimè Epiphanius Hæreſi Alogorum, δι᾽ ἰσημερίαν ὑπέρβατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαν. Atque ita verum erit quod ſcripſit Anatolius in vſu receptum Iudæis fuiſſe, vt nonniſi poſt æquinoctium Paſcha celebrarent. Cuius rei illuſtre extat exemplum in hiſtoria celebrati à Chriſto Paſchatis σταυρωσίμου. Nam Chriſtus celebrat Paſcha τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν Ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα. Nempe quartodecimo die Niſan, imminente quintodecimo, nec ſolus Chriſtus videtur eo die celebraſſe, ſed etiam alij plerique, vt optimè obſeruarunt viri eruditi, quia id erat in Lege Domini conſtitutum, vt quartodecimo die menſis Niſan Paſcha celebraretur: neque quicquam apud

Moyſem de obſeruando æquinoctio: At verò Pontifices, Sacerdotes, viri Principes, gentiſque magna pars, non eodem die cum Chriſto celebrarunt: itaque ſcribit B. Ioannes Chriſtum Paſcha celebraſſe, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, & Iudæos poſtridie illius diei, quo Chriſtus celebrauit, noluiſſe ingredi εἰς τὸ Πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. & diem illum ἦν παρασκευὴ τοῦ Πάσχα. Sed, vt vides, poſtridie illius diei, quo Chriſtus celebrauit, ipſi celebrarunt, Chriſtus feriæ quintæ ſuprema, Pontifices ſuprema ſextæ feriæ, καὶ δι' ἰσημερίαν ὑπέρβατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαν, inquit Epiphanius, non verò propter hunc Canonem, לעולם לא בד״ו פסח nullus enim tunc erat: Neomeniæ quippe ἀπὸ τῆς φάσεως indicebantur, non ad medios Lunæ motus: Quando autem fiebat hæc ὑπέρβασις μιᾶς ἡμέρας δι' ἰσημερίαν, puto duos quoque fuiſſe dies feſtos Pentecoſtes cõtinuos, quorum vnus aliis feſtus eſſet, alter quoque ſuis, prout Paſcha celebrabant, vel ipſo quartodecimo menſis Niſan die ex Lege, vel quintodecimo μίαν ἡμέραν ὑπέρβατον ποιοῦντες δι' ἰσημερίαν, atque ita alius aliuſque illis erat ſecundus feſti dies, à quo numerus hebdomadum inibatur, καὶ τῆς Πεντηκοστῆς. Cui rei facit locus è cap. II. Act. Apoſt. qui hinc lucem mutuabitur: Vetus Latinus Interpres, & Paraphraſtes Syrus legunt, καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς Πεντηκοστῆς, atque ita omnino legendum eſt, non tamen ob eam cauſſam, quam adſignat Vir magnus, quia ſcilicet עצרת appellabatur πλήρωμα τῶν ἡμερῶν τῆς Πεντηκοστῆς. Nam à Ioſepho appellatur ἡ Πεν-

τηκοςὴ ἑορτὴ, ſed quia duo fuerunt dies continui feriati his vel illis τῆς Πεντηκοςῆς ἑορτῆς nomine, quorum vltimum adueniſſe narrat Lucas. Celebratum igitur eſt à Pontificibus & populi viris principibus Paſcha hoc anno ſexto Octaëteridis, ὑπερβάσῃ μιᾶς ἡμέρας, poſt æquinoctium, cùm à multis de populo celebraretur ante æquinoctium, id eſt ante viceſimum quintum Martij diem. Verùm aduerſus hanc noſtram ſententiam poteſt obijci è Maimonide Lib. iam ſæpius laudato, cap. III. §. XV. & XVI. inconſtantem mutabilemque fuiſſe Neomeniarum definitionem: Nam ſi poſt quartum quintumue diem longinqui teſtes accedant, ac ſe proſpexiſſe Lunam ſuo tempore confirment, hoc eſt, triceſimâ nocte; imò verò etiamſi ſub finem menſis aduenjant, de integro Neomeniam definiunt, ac menſem illum retexentes, à triceſimo die ſuperioris computare dies illius incipiunt, quandoquidem ſua in nocte Luna conſpecta eſt: ואחר ארבעה או חמשה ימים באו עדים רחוקים העידו שראו את החדש בזמנו שהוא ליל שלשים ואפי לו באו בסוף החדש מקדשין אותו והורזין ומונין לאותו החדש מיום שלשים הואיל ונראה הירח בלילו. Sed non defuerunt tamen è veteribus Magiſtris, qui docerent, ſi opus eſſet menſe dierum triginta, iudicum conſeſſum, quamuis teſtes dicerent ſe vidiſſe primam Lunæ viſionem nocte triceſima, non tamen retexuiſſe menſem, neque Neomeniam ſtatuiſſe eo die triceſimo, qui interkalatus fuerat, quanquam & alij iſtud omnino negant Maimonides §. XVII. ואם הוצרכו בית דין להניח החדש זה מעובר כשהיה קודם שיבאו העדים אלו מניחין וזה הוא שאמרו

מעברין את החדש לצורך יש מן החכמים הגדולים מי שחולק בדבר זה ואומר לעולם אין מעברין את החדש לצורך הואיל ובאו עדים מקדשין ואין מאיימין עליהן׃ Maimonides autem existimat ista intelligenda esse de aliis mensibus, præterquam Nisan & Tisri, eosque menses retexi solitos, vt illorum Neomenias statuerent in diebus illis tricesimis, qui mensium præcedentium facti fuerant, dũmodo sacra, & solemnes illorum mensium festiuitates nondum essent peractæ; Nam si qua mensium erant solemnia jam peracta, non poterant menses retexi, itaq; vt huic rei occurreretur, oportebat ante medium mensem, cuius erant aliqua solemnia, adesse testes, qui referrent & testimonium dicerent de Luna sua, hoc est, tricesima nocte visa, vt posset retexi mensis. Hic est sensus, meo iudicio, horum verborum Maimonidæ §. XVIII. יראה לי שאין מחלוקת החכמים בדבר זה אלא בשאר החדשים חוץ מן ניסן ותשרי או בעידי ניסן ותשרי שבאו אחר שעברו הרגלים שכבר נעשה מה שנעשה ועבר זמן הקרבנות וזמן המועדות אבל אם באו העדים בניסן ותשרי קודם חצי החדש מקבלין עדותן ואין מאיימין עליהן כלל שאין מייאמין על עדים שהעידו על החדש שראוהו בזמנו כדי לעברו. Nam excipiendum esse Tisri ab hac regula, δηλόνοτι καὶ τυφλῷ. quamuis enim venissent testes paullo ante vel circa medium mensem Tisri relaturi de Lunæ visione tricesima nocte, non poterat tamen retexi mensis Tisri propter festum illud solemne Kippurim, quod die decimo Tisri peragebatur: Quod autem de Tisri diximus, quanquam non eadem sit ratio & caussa, de Nisan quoque intelligitur, quia sirempse sunt lege. Ceteri vero menses retexebantur, si

ante medium mensem à testibus relatum esset de Lunę visione: Ante enim medium mensem nulla solemnia videntur fuisse: nam non poterant retexi menses, si qua eorum solemnia fuissent peracta: Atqui omnes menses, exceptis Tisri & Nisan, (quod enim ad Sivvā attinet, עצרת Pentecostes numerabatur ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Πάσχα, non pro numero dierum mensis Sivvan.) poterant retexi, antequam illorum quindecim dies essent elapsi: Quare ante quindecim, illos primos dies nulla solemnia peragebantur, præter Neomenias, & quæ incurrebant Sabbata: Vnde coniecturam facere licet, quodnam sit ferendum iudicium de solemnibus illis, quæ ante medium mensem instituta dicuntur, ea scilicet non esse antiquissimi instituti, vt volunt viri eruditissimi, cùm non sint stante Templo, quamdiu Neomenia indicta est secundum Lunæ visionem, celebrata atque obseruata, alioqui non potuissent retexi menses, quod tamen fiebat, & de omnibus pronuntiat Maïmonides, exceptis Tisri & Nisan. Sed de his satis: iam vero indicandum est, quomodo Paschali ista Octaëteride vtēdum sit: Eadem quoque esset methodus, vt & eadem Periodus, quæ statui posset, vt in superioribus à nobis dictum est, ad annum quintum Christi Dionysianum, qui annus est ab Orbe condito termillesimus nongentesimus quinquagesimus quartus. Ab annis Orbis conditi annos abiice termille nongentos tredecim, quod superest, vbi addideris quinque, (cepit enim posterior hæc Octaëteris anno sexto prioris) diuide per octo, habebis verum huius Octaeteridis

annum. Vel annis Chriſti Dionyſianis vnum adde, (in ſecundum enim prioris Octaeteridis annum cadit primus annus Chriſti Dionyſianus) totum deinde diuide per octo, qui reliquatur numerus eſt annorum huius poſterioris Octaeteridis: Obſeruádum præterea eſt, cùm nonnullis Iudæorum, vt iam ante diximus, ſiue potius pleriſque, Neomenia Niſan anni ſexti huius Octaeteridis ſtatuatur die quarto Idus Martias, ne æquinoctium vernum anteuerterent in celebrando Paſchate, quod, ne fieret, religiosè cauebatur: obſeruandum, inquam, eſt annum præcedentem, qui quintus eſt Octaëteridis, factum fuiſſe ὑπερήμερον, ſiue dierum trecentorum quinquaginta quinque, & tamen annus ſextus erat dierum trecentorum quinquaginta quatuor, itaque anni ſeptimi Neomenia Niſan in diem triceſimum primum Martij, vt infra, Deo dante, exemplis probabimus, cadebat. Rurſum annus ſeptimus erat quoque dierum trecentorum quinquaginta quatuor, itaque Neomenia Niſan anni octaui cadebat in diem decimum nonum Martij, vt exempla probant: iam verò, vt in orbem rediret Octaëteris, ac primi illius anni Neomenia Niſan caderet in diem ſextum Aprilis, annus octauus fiebat ἐξαιρεσιμαῖος, ſiue diebus tantum trecentis quinquaginta tribus explicabatur, diem autem hunc extremo anno, è menſe Adar, ſiue Adar altero, exemtum fuiſſe, non autem ante hunc menſem, nobis perſuadet quòd à Ioſepho narratur de Moyſis exceſſu: adde ex eodem, quo interkalabatur, loco eximere commodius fuiſſe viſum.

Capvt IX.

Diximvs superiori capite institutam fuisse Paschalem hanc Octaëteridem anno ab Orbe condito termillesimo nongentesimo quartodecimo, idque nobis probare videntur B. Hieronymi verba in Chronico ad annum tertium Olympiadis centesimæ octagesimæ sextæ: ad eum enim annum adnotat, *Herodem Antipatri filium à Romanis Iudæorum suscepisse principatum*; additque ista: *Lunæ secundum Romanos cursus inuentus.* Videri posset prima visione de Cyclo illo Lunæ decennouennali agi, si Cyclus iste ætate Augusti longè posterior non esset, à Christianis inuentus bono publico ad inuestigandam festiuitatem Paschalem. Sed longè alia res est. Agitur enim de Iudæis, meo iudicio, quorum principatum vbi suscepit Herodes Romanorum beneficio & ope, fecit quoque, vt Iudæi admitterent Iuliani anni formam, hoc est, vt annos suos, qui Lunares erant, interkalarent secundum publicatam à Iulio Cæsare anni formam, obseruata illa Æquinoctij sede, quæ est statuta ante diem octauum Kalendas ApTileis à Cæsare è Sosigenis sententia. Sed metachronismus est apud Eusebium: Nam anno quarto Olympiadis centesimæ octagesimæ quintæ Hierosolyma capta sunt ab Herode, qui Edicto statim Iudæis publicauit & indixit, vt Antonio & Romanis rem gratam faceret, obseruationem æquinoctiorum ad anni Iuliani formam, ita vt ex illo neces-

ſe eſſet interkalare obſeruata æquinoctij ſede ante dié octauũ Kalendas Aprileis. Quare anno ſequenti noua Octaeteris Paſchalis cepit, anno ſcilicet ab Orbe cōdito termilleſimo nongenteſimo quartodecimo, in cuius diebus æſtiuis acta eſt Olympias centeſima octageſima ſexta. Huius noſtræ obſeruationis veritatem comprobat nobile exemplum veri anni Natalis Domini: Is annus eſt, vt infra, ſi Deus dederit, ſumus dicturi, termilleſimus nongenteſimus quadrageſimus ſeptimus, Cyclo Solis VII. literâ Dominicali F, L. Cornelio Lentulo Flam. & M. Valerio Meſſalino Coſſ. Eo anno (nam Heckædecaëteridis Hippolyti caput eſſe Natalem hunc annum Domini ſuo loco dicetur.) diem quartumdecimum Niſan in Idus Aprileis incidiſſe teſtatur Heckædecaëteridum Hippolyti tabella, idque verum eſſe noſtra hæc Iudæorum Octaëteris teſtatur: Ab his termille nongentis quadraginta ſeptem annis annos abijce termille nongentos tredecim, relinquantur anni triginta quatuor, quibus ſi quinque addas fiet ſumma annorum triginta nouem: Hos triginta nouem annos diuide per octo, ſeptem reliquantur: Erat igitur verus Domini Natalis annus ſeptimus huius Octaëteridis Iudæorum, cuius Neomenia Niſan cadit in diem triceſimum Martij, ſiue potius triceſimum primum propter annum quintum ὑπερήμερον. Quare dies quartusdecimus Niſan fuit die tertiodecimo Aprilis, feria ſeptima, & Hippolytus benè confert in diem tertiumdecimum Aprilis, Sabbato.

Capvt X.

Discvtiemvs vetuſtiſſima hiſtoriæ Iudaïcæ monumenta, quorum fragmenta colligemus è Ritualibus Iudæorum Libris, eaque cum Ioſepho comparabimus, vt mutuas ſibi præſtent operas, & alternis lumen præferant. Referunt Rituales Hebræorum Libri, ieiunium inſtitutum fuiſſe die decimo menſis Niſan, quia eo die fato ſuo functa eſt Maria Moyſis ſoror: בעשרה בניסן מתה מרים Ioſephus verò huius lectiſſimæ feminæ deceſſum confert in Kalendas Xantici Lunaris Lib. IV. cap. IV. πότε δὴ καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Μαριάμμην τελευτὰ τοῦ βίου καταλαμβάνει, τεσσαρακοστὸν ἔτος πεπληρωκυῖαν, ἀφ' οὗ τὴν Αἴγυπτον κατέλιπε. μηνὸς δὲ Ξανθικοῦ νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην. In iiſdem Ritualibus legimus Aharonem Summum Pontificem è viuis exceſſiſſe die prima menſis Ab, qui hac de cauſſa ieiunio tranſigitur: באחת באב מת אהרון הכהן Ioſephus mortualem Aharonis diem eſſe ſcribit Kalendas menſis Ab, cui reſpondet Syromacedonum Lous, & Athenienſium Hecatombæon: habes ibidem: θνήσκει τοῦ πλήθους εἰς αὐτὸν ἀφορῶντος, τῷ μὲν αὐτῷ τελευτήσας ἔτει, ᾧ καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀπέβαλε· βιοὺς δὲ ἔτη τὰ πάντα, τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἀποθνήσκει δὲ κατὰ σελήνην νουμηνίᾳ, μηνὸς ὄντος παρὰ μὲν Ἀθηναίοις Ἑκατομβαιῶνος καλουμένου, Λῴου δὲ παρὰ Μακεδόσι, Ἀββᾶ δὲ παρ' Ἑβραίοις. Obſeruant ijdem Rituales Hebræorum Libri, Moyſem rebus humanis fuiſſe exemtum die ſeptimo menſis

Adar, qui ieiunio eſt ab illis conſecratus: בשביעי באדר מת משה Ioſephus autem teſtatur ſupremum Moyſis diem fuiſſe Neomeniam menſis Adar, cui reſpõdet Syromacedonum Dyſtrus: eodem Libro extremo: ἐβίωσε δὲ τὸν πάντα χρόνον, ἐτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ὧν ἦρξε τὸ τρίτον μέρος ἑνὶ λείποντι μηνί. ἐτελεύτησε δὲ τῷ ὑστάτῳ μηνὶ τοῦ ἔτους, ὑπὸ μὲν Μακεδόνων Δύστρου καλουμένου, Ἀδάρου δὲ ὑφ' ἡμῶν, νουμηνίᾳ. Maria, Aharon, atque Moyſes eundem annum denatalem habuerũt, quadrageſimum nempe ab Exodo, non tamen eundem annum Iulianum: Nam Maria quidem & Aharon mortalitatem exuerunt anno Iuliano ab Orbe condito biſmilleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, literâ Dominicali E, Cyclo Solis VIII. Moyſes verò denatus eſt anno Iuliano ſequenti: Prętereà conſtat è Ioſepho de die denatali in annis Iulianis, nam eò nos ducit menſis Syromacedonum, quem adſcribit Ioſephus, perinde ac ſi Moyſis ætate obtinuiſſet Alexandræa Syromacedonum Periodus: Vertebat autem eo anno, quo Maria deceſſit, ſi retro ante numeres hos annos, annus ſeptuageſimus Alexandrææ Syromacedonum Periodi, qui ceperat die nono Kalendas Octobreis anni biſmilleſimi quadringenteſimi nonageſimi primi: Adde menſes Lunares ſex, ergo Xanthicus cepit die quartodecimo Kalendas Aprileis anni Orbis biſmilleſimi quadringenteſimi nonageſimi ſecundi: Quo die cepit etiam Niſan huius poſterioris Octaëteridis Iudæorum, ex qua de hoc, vt & duorum aliorum, denatali die pronuntiat Ioſephus, quaſi hæc Octaëteridis iam ab ipſo

Moyſis

Moyſis æuo perpetuo vſurpata fuiſſet: Anni octaui poſterioris huius Octaëteridis (anno autem octauo Octaëteridis deceſſiſſe conſtabat, quia quadrageſimo ab Exodo anno receptos cœlo fuiſſe Ioſephus auctor eſt.) Neomenia Niſan cadit in quintumdecimum Kalendas Aprileis, ſed quia annus quintus Octaëteridis fuit ὑπερήμερος, Neomenia Niſan anni octaui Octaëteridis eſt die quartodecimo Kalendas Aprileis: fuit igitur Neomenia Niſan die quartodecimo Kalendas Aprileis, anno bismilleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo: Ergo Maria, quæ quartodecimo Kalendas Aprileis die obijt, mortua eſt Neomenia Niſan. Sequitur Aharonis exceſſus Idibus Iuliis eiuſdem anni, Loï Syromacedonum die primo: Nam cepit hic annus Syromacedonum, vt iam diximus, die nono Kalendas Octobreis anni bis milleſimi quadringenteſimi nonageſimi primi: Adde menſes Lunares decem: Ergo Lous cepit Idibus Iulijs anni bismilleſimi quadringenteſimi nonageſimi ſecundi: Comparat autem Ioſephus cum menſe Iudaïco Ab. Diximus annum hunc eſſe octauum Octaëteridis, cuius Niſan cepit die quartodecimo Kalendas Aprileis; Adde Lunares menſes quatuor: Ergo Neomenia menſis Ab cadit in Idus Iulias, eoque die mortuus eſt Aharon: Rurſum componit quoque cum Hecatombæone Athenienſium, cuius Neomenia eo anno (nam fingitur tunc, cùm obiit Aharon, vſurpatus hic anni typus.) fuit quoque Idibus Iuliis: Erat enim, ſi retro ante hos annos numeres, annus primus Enneadecaëteridis Metonicæ, cu-

ius Neomenia Hecatombæonis incidit in Idus Iulias anni bismillesimi quadringentesimi nonagesimi secundi. Quod ad Moysis denatalem diem attinet, is est septimus Idus Februarias, anno bismillesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, literâ Dominicali DC, Cyclo Solis IX. nam fuit dies primus mensis Dystri Syromacedonum. Vertebat annus septuagesimus primus Periodi Syromacedonum Alexandrę, qui cepit pridie Idus Septembreis anni bismillesimi quadringentesimi nonagesimi secundi: Adde menses Lunares quinque: Ergo Neomenia Dystri cadit in diem septimum Idus Februarias anni bismillesimi quadringentesimi nonagesimi tertij; quo die etiam Iudæorum Adar cepit: nam cepit annus octauus Octaeteridis huius Iudaïcæ, vt iam dictum est sæpe, quo vertente denatus est Moyses, quartodecimo Kalendas Aprileis: Adde menses Lunares vndecim: Ergo Neomenia Adar fuit septimo Idus Februarias anni bismillesimi quadringentesimi nonagesimi tertij, quo die è viuis excessit Moyses. Inuestigandum porro superest, quomodo paria faciat cum Iudæorum obseruationibus Iosephus, quod à nobis infra, cum Deo volente, suo loco fiet.

Capvt XI.

Svnt nonnulla alia apud Iosephum exempla, quibus fides nostræ Octaeteridis Iudaïcæ asseritur: sed quia pendent maximè è doctrina Periodi Syromacedonum Alexandrææ, nos cùm de hac age-

mus illa quoque σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, expendemus: Restat itaque omnium longè nobilissimum exemplum, nempe Paschatis σταυρωσίμου Domini nostri Iesu Christi: Sed hic quædam sunt præmittenda. Variæ veterum opiniones fuerunt de interuallo τῆς πολιτείας Domini, quod deprehendi posse, idque rectè atque ordine, putarunt per Paschata, quæ intercesserunt à Baptismo illius ad σταυρώσιμον. Alij enim tria, alij quatuor, alij quinque celebrata fuisse à Christo Paschata post Baptismum opinantur: Nos iis accedimus, qui duo tantùm numerant: Qua in sententia fuerunt viri præstantissimi, & harum rerum cognitione maximi, Clemens Alexandrinus, Lactantius, B. Augustinus, B. Hieronymus, apud eundem Hieronymum Commentariis in cap. IX. Danielis Iulius Africanus in quinto Temporum: *Atque exinde vsque ad annum quintumdecimum Tiberij Cæsaris, quando passus est Christus, numerantur anni sexaginta.* Hunc annum suis signat Consulibus Tertullianus Lib. aduersus Iudæos cap. VIII. *Paßio huius exterminij intra tempora septuaginta hebdomadum perfecta est sub Tiberio Cæsare, Coss. Rubellio Gemino & Fusio Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octauo Kalendarum Aprilium.* Eum annum se reperisse gloriabantur Tessareskædecatitæ in Actis Pilati apud Epiphanium: ἀπὸ τῶν ἄκτων δῆθεν Πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Απριλλίων τὸν σωτῆρα πεπονθέναι. Atque id verum nobis videtur, Christum passum esse anno quintodecimo Tiberij Cæsaris, duobus Geminis Consulibus, cùm annum ageret tricesi-

mum primũ, siue Dionysianũ vicesimum nonũ, anno Orbis cõditi termillesimo nongentesimo septuagesi-octauo, Cyclo Solis X, litera Dominicali B. Adde è perpetua methodo anno Dionysiano vicesimo nono vnitatem, illum numerum diuide per octo, reliquatur annus sextus Octaëteridis Iudaïcæ: Nisan anni sexti Octaëteridis cepit die vndecimo Martij, feriâ sextâ, anni termillesimi nongentesimi septuagesimi octaui: Ergo dies quartusdecimus Nisan fuit die vicesimoquarto Martij, feriâ quintâ: Eo die Pascha celebrauit Dominus, & sequenti die vicesimo quinto Martij, feriâ sextâ, passus est, quo ipso die vesperi plerique Iudæorum, certè illorum primores & Pontifices Pascha celebrarunt, καὶ δι᾽ ἰσημε-ρίαν τὸ σάββατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαν, vt loquitur Epiphanius: Vides quam optimè ista conueniant cum narrationibus Sacræ Euangelicæ Historiæ. Atque hæc nostra sententia confirmatur alio argumento. Adnotat Eusebius in Chronicis ad annum vicesimum secundum Tberij, Pilatum ad Tiberium retulisse de miraculis Christi: *Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, vt inter cetera sacra reciperetur. Verùm cùm ex consulto Patrum Christianos eliminari Vrbe placuisset, Tiberius per Edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem.* Hanc historiam habuit à Tertulliano Eusebius, qui illam in literas retulit Apologetici cap. V. Sed nobis non potest probari, quod ista conferunt Eusebius & B. Hieronymus in annum Tiberij vicesimum secundum: In causa est Eusebius

ipſe, qui Pilatum de Chriſto non multo poſt reſurrectionem illius à mortuis retuliſſe ad Tiberium ſcribit Historia II. cap. II. Καὶ δὴ τῆς παραδόξου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεώς τε καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῖς πλείστοις ἤδη περιβοήτου κατεστώσης, παλαιοῦ κεκρατηκότος ἔθους τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι τὰ παρὰ σφίσι καινοτομούμενα τῷ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν διαδιδράσκοι τῶν γινομένων, τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ, εἰς πάντας ἤδη καθ᾽ ὅλης Παλαιστίνης βεβοημένα, Πίλατος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινοῦται. ὡς τάς τε ἄλλας αὐτοῦ πυθόμενος τερατείας, καὶ ὡς ὅτι μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἤδη θεὸς εἶναι παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπεπίστευτο. Bene ſit, ô bone, Manibus tuis, qui optimè obſeruaſti Pilatum retuliſſe ad Tiberium de Chriſto, paullo poſt quam reſurrexit, & cœlo receptus eſt; neque veriſimile eſt, tamdiu Pilatum procraſtinaſſe de Chriſto ad Tiberium referre, ab anno, quo in crucem actus eſt Chriſtus, concedamus iam eſſe annum Tiberij decimum nonum, ad annum eiuſdem viceſimum ſecundum: Ergo, vt habet Euſebius, Pilatus ad Tiberium, & Tiberius ad Senatum, de Chriſto retulit, antequam nomen illius introiret in alias, quàm Syriam Palæſtinam, prouincias, id eſt, paullò poſt reſurrectionem: Iſta autem accidiſſe refert Oroſius Lib. VII. cap. IV. cùm adhuc supereſſet Seianus: Verba illius ſunt: *At poſtquam paſſus eſt Dominus Chriſtus, atque à mortuis reſurrexit, & diſcipulos ſuos ad prædicandum dimiſit, Pilatus præſes Palæſtinæ prouinciæ ad Tiberium Imperatorem, atque ad Senatum retulit de Paſſione & Reſurrectione Chriſti, conſequentibuſque virtu-*

tibus, quæ vel per ipſum palam factæ fuerant, vel per diſcipulos ipſius in nomine eius fiebant, & de eo quod certatim creſcente plurimorum fide Deus crederetur. Tiberius cum ſuffragio magni fauoris retulit ad Senatum, vt Chriſtus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, cur non ſibi prius ſecundum morem delatum eſſet, vt de ſuſcipiendo cultu prius ipſe decerneret, conſecrationem Chriſti recuſauit, Edictóque conſtituit exterminandos eſſe Vrbe Chriſtianos: præcipuè cùm & Seianus Præfectus Tiberij, ſuſcipiendæ religioni obſtinatiſsimè contradiceret. Tiberius tamen Edicto accuſatoribus Chriſtianorum mortem comminatus eſt. Ex his inueſtigemus tempus. Seïanus cæſus eſt, anno Tiberij decimo-ſeptimo, qui Conſules habuit ordinarios Tiberium V, & ipſum Seïanum, ſuffectos C. Memmium Regulũ & Fulcinium Trionem, vt conſtat è Taciti Annali V, & Dionis Hiſtoria LVIII. Quare non poſt annum Tiberij decimumſeptimum Chriſtus actus eſt in crucem, ſed id contigit à Conſulatu duorum Geminorum ad Conſulatum Tiberij V, & Seïani, vtroque termino incluſo: Verùm è charactere, id eſt, hebdomadis die, deprehendere eſt facile, nonniſi duobus Geminis Conſulibus iſta accidiſſe, literâ Dominicali B.

CAPVT XII.

NONNVLLA leguntur in Euangelica Hiſtoria, quæ videntur huic noſtræ ſententiæ aduerſari, ea nos, ſi Deus dederit, paucis expendemus. Annus, quo Dominus ad Baptiſmum acceſſit, dici-

tur eſſe Lucæ III.cap.quintuſdecimus Tiberij Cæſaris: Quare anno quintodecimo Tiberij in crucem non eſt actus Chriſtus: Verùm iſta facile conciliare è ſolemni Hiſtoricorum more. Obſeruant Hebræi, Principum, qui Iudæi non ſint, ſed exteri, annos ab antecedente Tiſri numerari, etiamſi aliquot ab illo menſibus inijſſent, imò ſi vel vnus tantum dies explendus ſupereſſet; hæc enim eſt illorum regula, *Dies vnus in fine anni pro anno numeratur*: יום אחד בשנה בסוף שנה חשוב שנה Ex hoc igitur more noſter Lucas quintumdecimum numerat Tiberij annum, cùm tamen nonniſi quartuſdecimus verteret, quia ex ante diem quartumdecimum Kalendas Septembreis imperare cepit Tiberius: & primus Tiberij annus à Iudæis numerabatur ab antecedente Tiſri: Hinc igitur factum eſt, vt Lucas numeret quintumdecimum Tiberij annum, qui quartuſdecimus tantùm erat. Cepit namque quintuſdecimus Tiberij annus intra vertentem annum hunc autumnalem Iudæorum. Obijci quoque poſſunt Paſchata, quæ alij tria, alij quatuor, alij quinque à Chriſto celebrata fuiſſe volunt, vt diximus, non igitur duo tantùm: Sed, age, ſedeamus ad calculos. De primo igitur, vt illi volunt, ſiue potius priori, vt nos putamus, Paſchate nemo dubitat: Recenſetur enim apud Iohannem cap. II. 14. σταυρώσιμον quoque nemo in dubium reuocat: Superſunt vel tria, vel duo, vel vnum: Secundum ergo, quod ſtatuunt Paſcha viri maximi è verbis Domini Iohannis IV. 35. οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; idque intelligi volunt,

τῆς ἑορτῆς τῶν Ἰουδαίων, nomine Iohannis V. 1. falli puto. Nam, vt mittam, quod censet Maldonatus, prouerbiale esse dicendi genus Iudæis vsurpatum, certè falsum constat ex iis quæ addit Dominus, quatuor superesse ad messem menses, subiungit enim: ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. Instabat enim messis, atque ista dicuntur à Christo, cùm post prius Pascha è Iudæa in Galilæam rediret ante festum Pentecostes: postea redijt Hierosolyma ad Pentecostes festum, quod intelligitur his verbis Iohannis V. 1. μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. Imò potius colligimus ex hoc loco Christum fuisse in itinere, & ista dixisse mense Ijar, οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἰδοὺ, λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. Solebant, vt hinc licet colligere, prouerbialiter dicere Iudæi de frugibus serotinis, ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται, id est, adhuc supersunt menses quatuor, messisque tempus aderit: Cùm mense Ijar non ita maturuissent fruges, vt possent meti, dicebant superesse adhuc anno vertenti absoluendo menses quatuor, intra quos maturescent fruges, & metentur. Annus, cui absoluendo supererant quatuor menses, incipiebat à mense Tisri: Nam Tisri erat caput anni frugum & plantationum: Alphesi Libro I. Tractatu, ראש השנה 264· ארבעה ראשי שנים הן ׃ באחד בניסן ראש השנה למלכים ולרגלים ׃ באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה ׃ באחד בתשרי ראש השנה לשנים ולשמיטים וליובלות לנטיעה

לנטיעה ולירקות׃ באחד בשבט ראש השנה לאלן Menſe igitur Ijar quatuor adhuc menſes ſupererant, intra quos fieri debebat meſſis: At Chriſtus, qui cum ſuis diſcipulis iſta loquebatur menſe Ijar, dicebat, non eſſe quod dicerent, quaſi ſerotinis frugibus, ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. Nam iam maturuerant fruges, ὅτι αἱ χῶραι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. Quibus verbis indicabat ſuis Dominus, maturuiſſe frugem ſpiritualem, itaque illos debere eſſe præſto, nec quicquam procraſtinandum, vt in illam meſſem falces ſuas iniiciant.

Alterum Paſcha illud faciunt, à quo feruntur Apoſtoli per ſata iter habuiſſe Sabbato δευτεροπρώτῳ. Sed nihil eſt opus alterum à priori, de quo Ioannis II. Paſcha comminiſci; nam poteſt, imo debet, meo iudicio, Sabbatum δευτερόπρωτον ad prius Paſcha referri. Obijcies, iam tum Iohannem Baptiſtam in carcerem coniectum fuiſſe, cùm Apoſtoli Sabbato illo δευτεροπρώτῳ per ſata ambularunt: at verò non videtur Iohannes in carcerē coniectus, niſi poſt prius Paſcha nā poſt prius Paſcha iſta narrantur Iohannis III. 22.23.24. μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν Ἰουδαίαν, καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζεν, ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο, οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης. Atque ea contigerunt eo temporis interuallo, quod eſt à Paſchate ad Pentecoſten. Nos tamen exiſtimamus de Iohanne Baptiſta narrationem ab Euangeliſta cognomine hic inſeri, non quod iam tum am-

plius, cùm Christus per suos Apostolos baptizabat, Iohannes baptizaret: erat quippe iam carceri mancipatus, sed vt ita commodè referat quæ de Iohannis discipulis sequuntur, è quibus disces, iam tum non amplius Iohannem fuisse cum suis discipulis, quare illi ad Iohannem eunt, qui cùm detineretur in satis libera custodia, patebat eius aditus discipulis. Sed quid moramur? è cap. IV. Iohannis manifesto colligitur, Iohannem coniectum fuisse in vincula ante prius Pascha: nam, vt diximus, post prius Pascha Hierosolymis in Iudæam secedit Christus, & baptizat, sed diu non moratur, in Galilæam enim redit ante Pentecosten; caussa est, quia sibi metuebat Iohannis exemplo: ὡς οὖν ἔγνω ὁ κύριος ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ, καὶ βαπτίζει ἢ Ἰωάννης· ἀφῆκε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, Iohannis IV. 1. 3. nempe coniectus erat in carcerem Iohannes propter multitudinem discipulorum, vt videri volebat Herodes, vt autem res erat propter Herodiadem. Veritus igitur Iesus, ne & multitudo discipulorum suorum esset suspecta, iterum in Galilæam secessit. Atque hic est secundus Christi post Baptismum in Galilæam reditus: è quo docemur alio argumento ante prius Pascha Iohannem in vinculis fuisse: Nam vbi refert Euangelista Iohannes cap. IV. 44. Christum in Galilæam iterum rediisse, addit, αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει. Ergo iam olim ista dixerat Christus, nempe post priorem suum reditum; ea verba habes Lucæ IV. 24. εἶπε δὲ, ἀμὴν λέγω

ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, quæ leguntur quoque Matthæi XIII.57. Atqui antequam ista primùm diceret Christus, in vinculis detinebatur Iohannes: ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρέθ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ. Matthæi IV. 12.13. & Marci I. 14. μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Quare existimamus Iohannem in vincula coniectum fuisse ab Herode post Baptismum ante prius Pascha. Quod vero de Sabbato δευτεροπρώτῳ legitur, difficultate non caret: Quanquam enim viri Illustres existiment Sabbatum δευτερόπρωτον illud appellari, quod primum est ἀπὸ δευτέρας τοῦ Πάσχατος, tamen hæc appellationis ratio nobis non potest probari, in caussa est, quod Christus, cùm ambularet per sata, erat extra vrbem Hierosolymorum, atqui Sabbatum δευτερόπρωτον non potuit esse, si intelligatur πρῶτον ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Πάσχατος, eo tempore, nisi ἐν τῷ μεταξὺ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχατος. Iam verò toto festi tempore Hierosolymis pedem efferre non licebat propter ea, quæ singulis festi diebus offerebantur, sacrificia, quibus adde Sabbati religionem: Quare aliud est quærendum, quod vt commodè fiat, res est paulò altius repetenda: eique faciet locus alter non minus obsitus tenebris è Libro ψευδεπιγράφῳ τοῦ κηρύγματος Πέτρου apud Clementem Alexandrinum Lib. VI. Stromat. καὶ ἐὰν μὴ σελήνη φανῇ, σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον· οὐδὲ νεομηνίαν ἄγουσιν, οὔτε ἄζυμα, οὔτε ἑορτὴν

οὔτε μεγάλην ἡμέραν. Vir Illuſtris exiſtimat *primum* hoc *Sabbatum* eſſe τὴν τριακάδα, ſiue ἕνην καὶ νέαν, quã vetus lingua Bibliorum כסא appellat, Horatius *trigeſima Sabbata*. Sed de Horatio poſtea viderimus, cetera expendamus. Obſeruant Iudæi, ſtante Templo, non fuiſſe obſeruatam τὴν τριακάδα ſiue כסא (obſeruatur enim tanquam Neomeniæ pars & principium: Aben Eſra, vbi כסא interpretatur, dicit eſſe ראש חדש שיתכסה הירח *principium Nouilunij, quando Luna octultatur.*) ratio eſt, quia ſtante Templo Neomenias indicebant ſecundum Lunæ viſionem: בימיו היו מקדשין על פי הראיה Atqui hic auctor ſcribit iſtud *Sabbatum primum* non fuiſſe obſeruatum, niſi ἀπὸ τῆς φάσεως, ſecundum Lunæ viſionem: & certè cùm expectaretur Lunæ viſio ad indicendam Neomeniam, pars Neomeniæ eſſe non poterat כסא id eſt, ירחא דמתכסי Luna occultata, vt interpretatur Paraphraſtes Chaldæus Pſal. LXXXI. tunc enim tantum abeſt, vt ſui videndi Luna copiam faciat, vt contra יתכסה הירח occultetur, inquit Aben Eſra ad Prouerbiorum cap. VII. 20. Quare non poteſt ſtare ſententia viri maximi, qui alibi interpretatur *Sabbatum primum* ראש השנה ſiue Neomeniam Tiſri; & inuenit quibus perſuaderet. Sed neque iſta interpretatio poteſt ſe nobis probare ſi intelligatur de omnibus ſine vllo diſcrimine Neomeniis Tiſri. Cur enim appellentur *Sabbata prima*, & diſtinguantur à ceteris Neomeniis, cùm earum ibidem meminerit auctor, neque minus, quam illa Tiſri, indicantur ſecundum Lunæ viſionem, cauſæ quid ſit non video: Eſt igi-

tur aliud dicendum. Duplex fuit veterum Hebræorum de Mundi conditu ſententia: alij enim circa æquinoctium in autumno; alij in æquinoctio verno conditum volũt, qua de re iam non diſputamus, Sabbato, quo ceſſauit Deus ab omni opere, Luna ſe vidẽdã præbuit ea viſione, ſecundũ quam ſolebant Iudæi ſtante Templo Neomenias olim indicere: id docet Maimonides his verbis loco ſæpius laudato, c. 1. §. V.

אין ראית הירח מסורה לכל אדם כמו שבת בראשית שכל
אחד מונה ששה ושובת בשביעי אלא לבית דין הדבר מסור עד
שיקדשוהו בית דין ויקבעו אותו היום ראש חדש הוא שיהיה
ראש חדש שנאמר החדש הזה לכם עדות זותהיה מסורה לכם·

Ex his Maimonidis verbis liquido conſtat, ad eam Lunæ viſionem, quæ Sabbato, quo Deus à creationis opere ceſſauit, apparuit, Neomenias indici ſolere: iam veo Iudæorum alij Epocham Mundi ſtatuunt die ſeptimo Octobris, quo committebatur æquinoctium autumnale; alij die tertio Aprilis, qui ſedes ærat æquinoctij verni, idque à temporibus Moyſis. His poſitis exiſtimamus *Sabbatum* illud *primum* appellari, quod cadebat in diem ſeptimum Octobris, maximaque religione coli ſolitum, vt colligi poteſt ex his verbis, ϗ ἐὰν μὴ σελήνη φανῇ Σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον, vbi in eundem hunc diem & feriam ſeptimam cadebat Neomenia ſiue menſis Tiſri, ſiue alterius menſis: At verò referimus Horatij verba è Satyra IX. Libri primi,

> ----- *Sunt hodie triceſima Sabbata, vis tu*
> *Curtis Iudęis oppedere?*

ad Neomenias quæ in Sabbatum cadebant: Ad-

monebantur autem Iudæi τῆς διασπορᾶς celebrandarum Neomeniarum, vbicumque tandem essent: Quemadmodum enim Consistorium iudicum Hierosolymitanum quotannis in Galilæam, Babyloniã, Mediam, & reliquas omnes filiorum Israël deportationes, mittebat formam anni imminentis proximè ad celebrandum Pascha, vt constat ex Epistolis Sanhedrin, ita etiam videri potest misisse typum anni proximè imminentis, propter festa quæ in mensem Tisri incurrunt, nempe ראש השנה, festum כפורים σκηνοπηγία, atque etiam totius anni typum mittebant, quo possent Neomenias celebrare: nam quamdiu Neomeniæ sunt indictæ secundum Lunæ visionem, indictæ autem sunt quamdiu res Iudæorum, & Templum steterunt, penes solum Consistorium Hierosolymitanum ius erat illas indicendi, itaque à Iudæis alibi non obseruabatur Lunæ visio, vt Neomenia indiceretur habes non semel apud Maimonidem, & ad eum Glossa: אין ראיית הירח וכו שאם תהיה ראית הירח מסורה לכל אדם ובכל מקום יצא לך מזה שיבוש והוא כלמי שרואה הירח עושה המועד על ראייתו בעצמו ואפש׳ שיראה זה ולא יראה זה או יראה זה במדינה זו ולא יראה זה במדינה אחרת לפיכך יהיה זה עושה היום הזה מקרא קדש וזה עושה למחר ויהיה כל אחד ואחר עושה לו מועד לעצמו· Fieret enim, si à singulis, & vbique obseruaretur Lunæ visio, vt alius alium anteuerteret in indicendis Neomeniis. Quare Consistorium Hierosolymitanum Iudæis τῆς διασπορᾶς mittebat typum anni cuiusque ex libro siue formula τῆς ψηφορίας σεληνιακῆς, quam appellant

צורת הלבנה, ex qua etiam ipſum Conſiſtorium Hieroſolymitanum in cognitionem veniebat temporis illius, quo ſui videndi copiam Luna faciebat, triceſimâ nempe, vel triceſimâ primâ nocte; atque ita ſecundum hunc anni typum Iudæi τῆς διασπορᾶς, ſingulorum anni menſium Neomenias indicebant atque ſanctificabant. Sed quare appellat Horatius Neomenias *Sabbata triceſima?* Exiſtimo dici, quia ירח נראה בזמנו Luna videndam ſe præbuit ſuo tempore, hoc eſt, triceſima nocte. Itaque rectè interpretatur Horatij Gloſſa *Neomenias*, & addit, *Sabbatum magnum in renouatione Lunæ à Iudęis obſeruari*. Quod vero ſequitur ibidem, *per Sabbata Iudęi numeros Lunares accipiunt*, dicitur de Lunaris menſis diuiſione in quadrantes, ſiue *primam, ſeptimam, quintamdecimam, & viceſimam ſecundam*: & certè ſi Sabbato ceperit menſis, per Sabbata iſti numeri accipiuntur, qui vt vt ſit ſeptem diebus finiuntur: Huc faciunt Maimonidæ verba à nobis iam deſcripta: אין ראית הירח מסורה לכל אדם כמו שבת בראשית שכל אחד מונה ששה ושובת בשביעי· Sed hæc ſatis de *Sabbato primo*. Sequitur, vt quid ſit τοῦ δευτεροπρώτου, expendamus. Iam diximus à Iudæorum aliis Epocham Mundi ſtatui die tertio Aprilis, quo committebatur Moyſis ætate æquinoctium vernum, eiuſque ſedes fuit fere vſque ad tempora Chriſti: Quare quemadmodum *Sabbatum* illud *primum* dicebatur, quod in diem ſeptimum Octobris cadebat, ita etiam *Sabbatum primum* appellatum eſt, quod in tertium Aprilis cadebat, ſed tamen cum

diſtinctione, δευτερόπρωτον, nempe alterum ab illo, quod in autumno *primum* appellatur: Erant igitur duo *Sabbata prima*, vnum quod appellatur ἁπλῶς *Sabbatum primum*, & cadebat in diem ſeptimum Octobris; alterum, quod dicitur δευτερόπρωτον, *iterum primum*, & in tertium Aprilis diem cadebat, nec minori religione colendum fuiſſet, quam illud alterum, ſi in id incidiſſet Neomenia menſis, ſiue Niſan, ſiue alterius cuiuſuis, quod tamen in neutra harum duarum Octaëteridum accidere potuit: Quare etiam Auctor τοῦ κηρύγματος Πέτρου, vnius tantum *Sabbati primi* meminit, quod religiosè colát, & præ ceteris, ἐὰν σελήνη φανῇ, ſi eo Luna videndam ſe præbeat, & Neomenia celebretur. Quod verò ad tempus, de quo Euangeliſta Lucas, attinet, exiſtimamus vno ante prius Paſcha die iſta accidiſſe: Erat enim annus Chriſti Dionyſianus viceſimus octauus, Cyclo Solis IX. litera Dominicali DC. poſterioris huius Octaëteridis Iudaïcę annus quintus, cuius Neomenia Niſan cepit die viceſimoſecundo Martij, feriâ ſecundâ: Ergo dies tertiusdecimus dies Niſan fuit tertio Aprilis die, æquinoctij verni olim ſede, Sabbato. eoque die Chriſtus erat adhuc in via Hieroſolymorum vrbem petens ad Paſchatis feſtum, quod imminebat: Ante Paſchatis feſtum & oblationem *Omer* accidiſſe probat, quod Phariſæi duo obiiciunt, nempe quod faciunt ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν, non enim licebat quicquam de nouis frugibus deguſtare ante oblationem *Omer*, deinde quod illud ipſum faciunt Sabbato; certè ita intelligendam eſſe Phari-

ſæorum

ſæorum cenſuram colligas è Domini reſponſo: prius namque tuetur exemplo Dauidis, qui comedit cum ſuis τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως, οὓς ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ μονοὺς τοὺς ἱερεῖς, alterum quod ipſe ſit κύριος καὶ τοῦ Σαββάτου. Tertium Paſcha colligunt è Ioannis cap. VI. ſcribit enim quinque hominum millia duobus piſcibus, panibus quinque, à Chriſto fuiſſe cibata, imminente Paſchatis feſto, ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ Πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν Ιουδαίων. Sed iſtud Paſcha aliud non eſt à Paſchate σταυρωσίμῳ. Id manifeſte liquebit, ſi comparetur hæc hiſtoria cum ijs quæ referuntur Lucæ IX. (nam de eodem miraculo agitur.) addit quippe Lucas, ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ιερουσαλήμ. Hæc enim, quæ nonniſi ad Paſcha σταυρωσίμου referri poſſunt, ſatis demonſtrant illud Paſcha Iohannis VI. eſſe τὸ σταυρώσιμον. Reſtat tantùm hoc dubium de Scenopegia, cuius meminit Iohannes VII. Sed facile mihi perſuadeo iſta referri nullo ſeruato ordine ὕστερα πρότερα, atque feſtum ſolemne Scenopegiæ referendum eſſe in tempus quod ſecutum eſt prius Paſcha, (idem dictum puta de Encæniis Iohannis X.) quomodo etiam intelligit Epiphanius, quanquam pueriliter erret in his: Certe è toto Euangeliſtæ contextu apparet non ita diu eſſe, ex quo innoteſcere cœperat Dominus. Huiuſmodi autem multa in Sacris literis paſſim occurrunt exempla τῶν ὑστέρων προτέρων. vnum adſcripſiſſe ſatis erit ſuperque petitum è Matthæi cap. XI. Refertur Iohannes è carcere duos de

ſuis diſcipulis ad Chriſtum ablegaſſe: capite vero ſe-quenti demum narratur de Apoſtolorum per ſegetes inceſſu: Apud Lucam vero cap. VI. de Sabbato δευτεροπρώτῳ agitur: capite ſequenti ad Chriſtum legati illi duo diſcipuli mittuntur à Iohanne. Sed quid tergiuerſamur? Capitis VII. narrationem connectendam eſſe cum capite V. res ipſa αὐτοβοᾷ. Nam capite V. poſt ſanatum die Sabbati clinicum, ſcribit Iohannes, καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν Σαββάτῳ, itaque hac de cauſſa in Galilæam ſeceſſit; capite VII. οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν· ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. Sed cùm incidiſſet Scenopegias feſtum, (vnde liquet, feſtum de quo Iohannis V, fuiſſe Pentecoſten, nam proximè præcedit Scenopegiam.) Hieroſolyma venit, & factum ſuum tuetur, quod immediatè præcedenti feſto patrauerat, cap. VII. 20. 21. & ſeqq. Sed de his tantum eſt.

CAPVT XIII.

OSTENDIMVS in ſuperioribus Chriſtum paſſum eſſe anno Dionyſiano viceſimo nono, & interceſſiſſe à Baptiſmo ad mortem Chriſti duo tantum Paſchata: Fuit igitur illud prius Paſcha anni Dionyſiani viceſimi octaui. Sententiam noſtram maximè confirmat, quod refertur Iohannis cap. II. 20. de illis quadraginta ſex annis ædificationi Templi impenſis: Nam Herodes aditi regni anno decimo octauo conſilium capit nouæ ædis ædificandæ;

cui rei tandem manum admouit anno decimo nono. Cepit autem aditi ab Herode regni annus primus anno ab Orbe condito termillesimo nongentesimo tertiodecimo, M. Agrippa & Caninio Gallo Coss. Cepit igitur annus eiusdem decimus nonus anno termillesimo nongentesimo tricesimo primo, Q. Lucretio Cinna Vespillone & C. Sentio Saturnino Coss. eoque anno ceptum est ædificari Templum: Adde annos illos quadraginta sex, vertet annus quadragesimus sextus anno termillesimo nongentesimo septuagesimo septimo, qui erat Christi Dionysianus vicesimus octauus, quo anno prius Pascha celebrauit Dominus, atque ante illud Pascha baptizatus est: sed de tempore dubitatur; volunt enim alij baptizatum fuisse Christum ante diem octauum Ianuarias Eidus; alij verò ante diem sextum Eidus Nouembreis. Si prior sententia vera esset, in hunc annum vicesimum octauum Dionysianum nouum & ineuntem incideret Baptismus Christi. Sed longè antiquior, eoque verior, eorum sententia, qui coniiciebant Baptismi diem in sextum Eidus Nouembreis; Quare dies ille anni Dionysiani vicesimi septimi vertentis: Et hoc ipso anno vertente primùm innotuisse Dominum testatur Iosephus Lib. XVIII. cap. IV. Nam vbi scribit, Pilatum, imminente hyeme, aggressum fuisse, ὑδάτων ἐπαγωγὴν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα πράττειν δαπάνῃ τῶν ἱερῶν χρημάτων, addit, γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ, &c. Atqui prius illud aggressus est Pilatus vertente anno æræ Dionysianæ vicesimo septimo: Quare eodem anno cepit Dominus inclarescere post

Baptiſmum. Veteres tempus Baptiſmi & Natalis eodem die celebrabant, moti verbis B. Lucæ: καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ. Iſta enim verba ſonant Chriſtum, cùm ad Baptiſmum acceſſit, vel extremá anni viceſimi noni metam attigiſſe, vel triceſimum inchoaſſe tantùm; nam triceſimum nõ impleuiſſe nobis perſuaſum eſt, & verba Lucæ id volunt, quæ ita diſtinguenda ſunt: καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσήφ. Refertur namque τὸ ὤν ad τὸ υἱός. Cetera vero optimè cohærent: Agere incipiebat, inquit, annum ætatis triceſimum circiter: Cùm autem anno ſuo Dionyſiano viceſimo ſeptimo, qui erat ab Orbe condito termilleſimus nongenteſimus ſeptuageſimus ſextus, Cyclo Solis VIII. literâ Dominicali E, vertente, iniret Chriſtus annum triceſimum circa ſextum Eidus Nouembreis diem, fit vt anno Orbis conditi termilleſimo nongéteſimo quadrageſimo ſeptimo, Cyclo Solis VII. litera Dominicali F, aſſignandus ſit Chriſti Natalis, circa diem ſextum Eidus Nouembreis: idque colligitur è charactere, quem apponit Lucas, Ephemeriæ Abiæ, quæ octaua erat Ephemeria: Ab Encęniis enim Maccabæi ad belli Iudaïci vltima tempora nunquam interpellatum eſt quotidianum ſacrificium, nullum orbi hieratico Ephemeriarum interuenit vitium, vt luculentiſſimè probauit Illuſtris Heros: Encænia Iudæ Maccabæi, ſiue dies viceſimus quintus menſis Caſleu, inciderunt in diem tertium Ianuarij anni termilleſimi ſeptingenteſimi octageſimi ſexti, feriâ ſe-

ptimâ : Exinde numerari ceperunt orbes hieratici Ephemeriarum , qui erant centum ſexaginta octo dierum ; nam ſingulæ Ephemeriæ operabantur dies ſeptem , quare omnium viginti quatuor Ephemeriarum orbis vertebat intra centum ſexaginta octo dies : Ab hoc anno termilleſimo ſeptingenteſimo octageſimo ſexto numerus orbium hieraticorum ineundus eſt ad annum vſque termilleſimum nongenteſimum quadrageſimum ſextum : cùm enim Dominus natus ſit anno termilleſimo nongenteſimo quadrageſimo ſeptimo , neceſſum eſt omnino , vt Zachariæ Iohannis Baptiſtæ patri εὐαγγελισμὸς factus ſit anno præcedenti , qui eſt termilleſimus nongenteſimus quadrageſimus ſextus , Cyclo Solis VI. literâ Dominicali G. C. Caluiſio Sabino , & L. Paſſieno Criſpo Coſſ. Quare anno termilleſimo nongenteſimo ſexto orbis hieraticus tercenteſimus quadrageſimus nonus cepit die viceſimo ſeptimo Ianuarij , feriâ ſeptimâ : Rurſum eodem anno cepit orbis ſequẽs hieraticus tercenteſimus quinquageſimus die quintodecimo Iulij , feriâ ſeptimâ , ac proinde exactis diebus quadraginta nouem miniſterij ſeptem primarum Ephemeriarum , Ephemeria octaua , quæ eſt Abiæ , cepit Kalendis Septembris feriâ ſeptimâ : Intra illud tempus , quod eſt à Kalendis Septembribus ad diem ſextum Eidus Septembreis , contigit Zachariæ euangeliſmus : Hebdomade ſequenti conceptus eſt Iohannes : Menſe ſexto à conceptu Iohannis ineunte , vt conſtat è Luca , hoc eſt , nouo Februario anni ſequenti , qui eſt termilleſimus nongenteſimus

quadragesimus septimus, Angelus Gabriel ad B. Virginem Mariam missus, & Christus conceptus est: Quare, exactis in vtero nouem mensibus, Christus natus est Nouembri mense nouo, anno termillesimo nongentesimo quadragesimo septimo, Cyclo Solis VII. literâ Dominicali F, L. Cornelio Lentulo, & M. Valerio Messalino Coss. Ac proinde cùm eodem fere tempore anni Christum & natum & baptizatũm fuisse constet, optimè vetustissimi Baptismi diem in sextum Eidus Nouembreis coniecerunt, & circa illum diem natus est Christus: Eundem annum Natalem confirmat Tertullianus, qui natum asserit anno quadragesimo primo Augusti, Lib. contra Iudæos cap. VIII. *Videbimus autem quoniam quadragesimo & primo anno imperij Augusti, quo post mortem Cleopatræ imperauit, nascitur Christus: & superuixit idem Augustus, ex quo nascitur Christus, annis quindecim.*

CAPVT XIV.

OBTINVIT Iudæorum Octaëteris, de qua in superioribus disputauimus, etiam post Vrbis Hierosolymitanæ excidium: Quod illustri, Deo dante, exemplo probabimus. Referunt Iudæi duos annos continuos fuisse interkalatos à R. Akiba. Aben Ezra in XXIII. Leuitici: אמרו על ר׳ עקיבא שקבע שתי שנים מעוברות שנה אחר שנה לפי צורך השעה: *Et dicitur de Magistro Akiba, quod duos annos continuos embolimæos fecit propter necessitatem temporis.* Solebant Iudæi extra ordinẽ interkalare propter ἐπιχειμασίαν, propter tem-

peſtates, propter pontes euerſos, propter diluuia & pluuias, quando ſcilicet populus Hieroſolyma conuenire non poteſt, item propter fornaces, quæ agno aſſando conſtruebantur, dirutas; item ſi longè diſſitus eſt ab Vrbe & Cananitide ἀποδασμὸς gentis Iudaïcæ: Maimonides loco laudato cap. IV. §. V.
מעברין את השנה עד שיתקנו הדרכים: מעברין את השנה עד
שיתקנו גשרים: מעברין את השנה עד שיבנו התנורים וייבשו:
מעברין את השנה כדי שיהיה לישראל פנאי להגיר לירושלם:
Exiſtimem nullum hic menſem interkalari, ſed differri Paſchalis feſtiuitatis celebrationem in alium menſem poſt Niſan, nempe in menſem Ijar, quod non vetat Dominus. Atque huiuſmodi aliquid contigerat eo anno, quo extra ordinem à R. Akiba fuit interkalatum, ſiue potius dilatum Paſcha è menſe Niſan in menſe Ijar. Floruit R. Akiba imperante Hadriano, fuitque inter præcipuos, qua erat apud ſuos Iudæos auctoritate, incentores belli illius, quod aduerſus Romanos Iudæi, duce Bar Chocheba, (eum pro Meſſia venditabat R. Akiba.) geſſerunt maximo ſuo malo, vt & autori R. Akibæ: Iudæorum enim plerique, fame, morbo, igne, gladio, conſumpti, pars in ſeruitutem redacti, ceteri Iudæâ pulſi ſunt. Antequam autem arma Romanis inferrent, nempe eo ipſo anno, varijs prodigijs, ſi mens non læua fuiſſet, horum malorum fuerant admoniti: Nam Salomonis monumentum ſponte corruit, & lupi atque hyænæ agros vrbeſq; vaſtarunt. Dio. ἐκ πρὸ τοῦ πολέμου αὐτοῖς προεδείχθη, τὸ γὰρ μνημεῖον τοῦ Σολομῶντος, ὃν ἐν τοῖς σεβασμίοις οὗτοι ἄγουσι, ἀπὸ ταὐτομάτου διελύθη τε καὶ συνέπε-

σε, καὶ λύκοι ὕαιναί τε πολλαὶ εἰς τὰς πόλεις αὐτοῦ ἐσέπιπτον ὠρυόμεναι. Annus hic, quo duce Bar Chocheba Iudæi bellum sunt aggressi, est annus Christi Dionysianus centesimus tricesimus tertius, Cyclo Solis II. literâ Dominicali E, Hibero & Iulio Silano Sisemia Coss. Ergo hoc anno ante bellum lupi & hyænæ Iudæorum vrbes agrosque vastarunt: Quæ caussa fuit, vt puto, R. Akibæ differendi Paschatis in mensem Ijar; tutæ enim non erant propter lupos & hyænas viæ, itaque periclitabatur populus si in vrbem conuenisset. Maimonides: מפני הדרכים שאינן מתוקנין והעם מסתבנין בעצמן ומתים לעלות לירושלם מעברין את השנה עד שיתקנו הדרכים: Est igitur hoc anno à R. Akiba extra ordinem interkalatum, hoc est, dilatum est Pascha è mense Nisan in mensem Ijar. Addit Aben Ezra annum, siue is sit, qui secutus est, siue qui præcessit, nam non hoc docet, fuisse embolimæum ordinarium לפי צורך השעה propter temporis necessitatem, quod verum deprehenditur: Nam annus sequens, hoc est centesimus tricesimus quartus Christi Dionysianus fuit embolimæus ordinarius: Erat enim septimus Octaëteridis huius posterioris Iudaïcæ, qui embolimæus est; eius quartadecima Nisan fuit die duodecimo, siue potius tertiodecimo Aprilis, atque anno præcedenti, qui est sextus Octaëteridis, quartadecima Nisan fuerat die vicesimo quarto Martij, aut potius vicesimoquinto, nam σάββατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαν δι' ἰσημερίαν, sed dilatum est Pascha à R. Akiba propter intuta viarum in mensem Ijar; nisi fortè intelligat Aben Ezra extra ordinem inter-

interkalatum tantum fuiſſe hoc anno Octaëteridis ſexto, diem vnum, ne æquinoctium anteuerterent. Atque de hac Octaëteride tantum eſt.

Vſurpatam tamen non fuiſſe hanc Octaëteridem ad Conſtantini Magni tempora nobis videtur: obtinebatque longè alia, vt puto, quanquam idem æquinoctium Cæſarianum obſeruaretur: Referunt Iudæi R. Samuëlem, cui ab Aſtronomiæ peritia cognomen factum eſt, ירחינאי præcepſiſſe, vt Tekuphæ obſeruarentur è Soſigenis notatione: Hinc illorum ſcitum: בשבעה ימים קדם אבריל יהיה תמיד תקופת ניסן *Septem diebus ante Aprilem erit ſemper Τροπὴ Niſan.* Eſtque interuallum ſingularum Tekupharum צא יום ז שעות ומחצה dierum nonaginta & vnius, horarum ſeptem, & vnius dimidiæ, vnde exſurgit numerus dierum anni Solaris trecentorum ſexagintaquinque, & horarum ſex: Quod inſtitutum fuiſſe à R. Samuële ſuſpicamur anno Chriſti Dionyſiano ducenteſimo decimoſeptimo, ab Orbe condito quatermilleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, Cyclo Solis Romano II, literâ Dominicali E, eſt enim hic annus primus vertens Cycli Solaris Iudaici, cuius Tiſri cepit ab autumno anni præcedentis Dionyſiani: id liquet manifeſto; nam ſi hunc annum, qui eſt Iudaïcus termilleſimus nongenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus, per viginti octo diuiſeris, vnus annus reliquatur, ac proinde primus eſt Cycli Solaris, vt iam diximus, Iudaïci; fuitque Tekupha Niſan feriâ quartâ, vt conſtat è charactere Cycli Solaris Iudaïci, & è charactere Tekuphæ Niſan, die viceſimo ſex-

to Martij, Sole occaso. Fuit igitur hic annus Christi primus vertens Cycli Solaris Iudaïci, fuit quoque, vt suspicamur, primus nouæ Octaëteridis: Nouilunium cadit in diem vicesimum quintum Martij, feria tertia, anni Christi Dionysiani ducentesimi decimi septimi: Sed credo in diem sequentem, hoc est, in vicesimum sextum Martij, feria quarta, dilatam fuisse Neomeniam Nisan, tum vt Neomenia in eundem cum Tekupha Nisan diem caderet, cùm etiam, quia Iudæi, qui post excidium Templi Neomenias, vt existimamus, non amplius secundum Lunæ visionem indicebant, sed à luminarium coïtu & ex scripto, aut saltem Iudæi τῆς διασπορᾶς, de quibus nemo dubitat, biduum feriabantur: בני חוצה לארץ ישראל שמרו מספק שני ימים של גליות: Erat autem hic Samuel Iarchinaï inter Iudæos τῆς διασπορᾶς, vnde Iudæi apellant, תניא בברייתא דשמואל ירחינאי Doctrinam τῆς διασπορᾶς Samuelis Iarchinaï: instituitque Neomeniam Nisan hoc anno eodem cum Tekupha die, nempe vicesimo sexto Martij die, feria quarta; atque hinc exsurgit Octaëteris, cuius hoc est Diagramma.

OCTAETERIS SAMVELIS IARCHINAI.

ANNI Christi.	ANNI OCtaeteridis.	ANN. QVAlitas.	DIES QVARTÆ decimę Nisan.
217.	I.		VIII. Aprilis.
218.	II.		XXVIII. Mart.
219.	III.	Embol.	XVII. Martij.
220.	IV.		V. Aprilis.
221.	V.		XXIV. Martij.
222.	VI.	Embol.	XIII. Martij.
223.	VII.		Kal. Aprilis.
224.	VIII.	Embol.	XXI. Martij.

Huius Octaëteridis meminit Epiphanius, in qua interkalabatur, non propter Tekupham Nisan, vt olim factum, sed tantùm propter vtriusque sideris rationes, vt paria facerent, eoque referenda sunt, quæ iam ante ex Epiphanio descripsimus, habenturque Hæresi LXX, quæ est Audianorum: Sed vnicè faciunt quæ illius leguntur Hæresi LI. vbi docet Christum, feriâ tertia, die sextodecimo Martij Pascha comedisse, &, quod colligit ex illorum Cyclo, biduo anticipasse veram quartamdecimam: πάσχα δὲ ἐν τῇ πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Ἀπριλλίων, ὑπερβεβηκότων αὐτῶν μίαν ἑσπέραν. προέλαβον γὰρ καὶ ἔφαγον τὸ πάσχα πρὸ δύο ἡμερῶν τοῦ φαγεῖν, τουτέστι τῇ τρίτῃ ἑσπέρας, ὅπερ ἐστὶ τῇ πέμπτῃ ἑσπέρας, τεσσαρεσκαιδεκάτη γὰρ οὕτως ἦν ἡ πέμ-

πλη. συλλαμβάνεται δὲ τῇ τρίτῃ τῇ αὐτῇ ὀψὲ, ἥτις ἦν ἑνδεκάτη τῆς σελήνης νυκτερινὴ πρὸ δέκα ἓξ Καλανδῶν Ἀπριλλίων καὶ ὅτι ἀνάστασις καὶ ἰσημερία πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλλίων, δι' ἣν πλανηθέντες ὑπέρβατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαμεν, ὡς προεῖπον. ἔχει δὲ ὥρας τινὰς ἡ ψῆφος τῆς λεπτολογίας, ἥτις ἐμπίπτει διὰ ἐτῶν τριῶν παρ' αὐτοῖς διαφωνουμένη ἡ μία ἡμέρα. προστιθέασι γὰρ τῷ σεληνιακῷ δρόμῳ μετὰ τὰς τριακοσίας πεντηκοντατέσσαρας ἡμέρας, καὶ ἄλλας κατ' ἔτος τέσσαρας ὥρας, ὡς εἶναι εἰς τὰ τρία ἔτη ἡμέραν μίαν, διὸ παρ' αὐτοῖς πέντε μῆνες τελοῦνται ἐμβόλιμοι εἰς ἔτη δεκατέσσαρα, διὰ τὸ ἀφαιρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου τῶν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν καὶ ὡρῶν τριῶν τὴν μίαν ὥραν. προστιθεμένων γὰρ ὡρῶν λοιπὸν γίνονται τξέ ἡμέραι παρὰ ὥραν μίαν. ὅθεν αὐτοὶ ἑξάκις πολυπλασιάσαντες τὰ δεκατέσσαρα ἔτη τοῦ ὀγδοηκοστοῦ τετάρτου ἔτους, ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ πέμπτῳ τιθέασιν ἐμβόλιμον μῆνα ἕνα, εἰς τὸ εἶναι τριάκοντα, καὶ ἕνα μῆνα εἰς τὰ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἔτη, οἵτινες ὤφειλον εἶναι κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τριάκοντα εἷς μῆν, καὶ εἰκοσιτέσσαρες ἡμέραι καὶ ὧραι τρεῖς. ἕνεκεν τοίνυν τούτου τότε σφαλέντες, οὐ μόνον παρέλαβον θορυβούμενοι τὰς δύο ἡμέρας βεβρωκότες τὸ Πάσχα, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπέρβατον προσθέντες μίαν ἡμέραν. Scribit Epiphanius è Iudæorum sententia, annum Solarem explicari diebus trecentis sexaginta quinque, & horis tribus, quantarum duodecim est τὸ νυχθήμερον. Rursum annum Lunarem confici diebus trecentis quinquaginta quatuor, & horis quatuor, quantarum duodecim est τὸ νυχθήμερον, horas has intra triennium vnum conficere diem: De mense Lunari R. Samuël Iarchinai : איןחדושה שללבנה פחות מכט ימים ומחצה ושתי ידות השעה וחצי תשיעית

העשירית של תשיעית וששית של חצי העשירית *Renouatio Lunæ non est minor vnde triginta dierum & semißis, & duorum trientum horæ, & dimidij nonæ, & decimæ ipsius nonæ, & sextæ dimidij ipsius decimæ.* Duo trientes horæ sunt scrup. 720. Dimidium nonages. 60. quę cum 720. fiunt 780. Decima nonæ partis sunt 12. Summa 792. Dimidium ipsius decimæ sunt 6, cuius sexta pars vnitas; Summa scrupula 793. Ita optimè interpretatus est vir Illustris. Quare breuius mensem Lunarem definiunt hoc modo: כ״ט ימים י״ב שעות תשצ״ג חלקים dierum XXIX. horarum XII. scrupulorum IↃCCCXCIII. Vnde necessariò sequitur annum Lunarem esse dierum trecentorum quinquaginta quatuor, horarum octo, scrupulorum octingentorum septuaginta sex: בשנה ש״נ״ד ימים ח׳ שעות תתע״ו חלקים. Quod ad annum Solarem attinet, R. Samuel Iarchinai dicebat quatuor esse Tekuphas vnoquoque anno, & interuallum à Tekupha ad Tekupham esse dierum nonaginta vnius, horarum septem & dimidiæ: אמר שמואל אין בין תקופה לתקופה אלא צ״א יום ז׳ שעות ומחצה ש״ש תקיפות ד׳ בשנה. Quare annus Solaris est dierum trecentorum sexaginta quinque, & horarum sex. Addit Epiphanius, vt concilientur rationes vtriusque sideris, eximi de anno Solari, qui constat diebus CCCLXV. horis III. vt numerat Epiphanius, siue, vt vulgo vsurpamus, sex; horas illas quatuor anni Lunaris, quæ erant supra numerum dierum trecentorum quinquaginta quatuor; vnde restant anni Solaris dies trecenti sexaginta quinque, vnâ horâ minùs: Est igitur ita

emendandus Epiphanius: διὰ τὸ ἀφαιρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου τῶν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν τὴν μίαν ὥραν. neque enim de eo sinit nos dubitare Epiphanius, cuius scripturam frustra sollicitant: περιττευμένων γὰρ τῶν ὡρῶν, λοιπὸν γίνονται τξέ ἡμέραι παρὰ ὥραν μίαν. Excessus igitur Solaris annuus supra rationes Lunæ, est dierum decem, horarum vndecim Epiphanij, siue nostrarum vigintiduarum: Idem habes è Samuelis Iarchinai rationibus, octingentis septuaginta sex scrupulis minus: משך שנת החמה אחר כלוף
הוא עשרת ימים עשרים ואחת שעות שתי מאות וארבעה שנת
הלבנה חלקים. *Annũ Lunarem Solaris excedit diebus decẽ, horis viginti & vna, scrupulis ducentis & quatuor.* Addit Epiphanius hinc fieri, vt intra quatuordecim annorum Lunarium interuallum menses quinque interkalentur; quod omnino verum est. Sed in hoc à Iudæis differt Epiphanius, quod embolimæus Iudæorum mẽsis sit dierum XXIX. horarum XII. scrupulorum IↃCCXCIII, siue Lunaris: Epiphanius verò mensem interkalarem facit dierum triginta, vt ex iis, quæ infra, Deo dante, sumus dicturi, liquebit. Sed quare Cyclum instituit Epiphanius annorum quatuordecim? Nonne ipse manifestè testatur Hæresi LXX. Iudæos Octaëteridem vsurpasse? Id quidem verum est, sed hoc etiam, à Iudæis insuper habitum fuisse trientem illum diei, qui erat in anno Lunari supra numerum dierum trecentorum quinquaginta quatuor, vnde appellat diem, qui intra trienium exsurgit ex illo triente, τὴν διὰ ἐτῶν τριῶν ἡμέραν παρὰ Ἰουδαίοις διαφωνουμένην. nempe à Iudæis dies

ille non interkalabatur, nec trientis ratio habebatur in Octaëteride: Quare Hæresi LXX. obseruat, annum communem Lunarem in Octaëteride Iudæorum explicari diebus trecentis quinquaginta quatuor; Solisque excessum esse dierum vndecim, horarum trium: Hic verò comparat Epiphanius non tam vulgi Octaëteridem, (quanquam & hanc quoque) cuius vsus erat in indicendis & celebrandis festiuitatibus, quam periodos Iudæorum, quæ ad Astronomiæ rationes erant institutæ, & apud peritiores primoresque populi habebantur in pretio, imo etiam vsu: cuiusmodi fuit Periodus Samuelis Iarchinaï, de qua, vt videtur Epiphanius: Eam fuisse Enneadecaëteridem testantur Iudæi, & fortasse verum est; quanquam, si Epiphanium audimus, in alia omnia eundem est; meminit enim Thessareskædecaëteridis Iudæorum, id est, Samuelis Iarchinai, etiamsi nō credamus Tessareskædecaëteridem à Samuele fuisse institutam, sed aliam Periodum accommodatam ad Cyclum Iudaïcum Solarem ob Tekuphas, si non primitus institutum à Samuele, instauratum tamen, ita vt auctor illius possit appellari, qui enim secuti sunt R. Adda & Hillel Princeps vestigia Samuelis presserunt. Certè Tessareskædecaeteris est dimidium Cycli Solaris, vt & anni illi octoginta quatuor sunt tres Cycli Solares: atque etiam forte Octaeteris erat, quæ est duorum lustrorum. Sed quicquid sit, constat ex Epiphanio, in Tessareskædecaeteride menses quinque fuisse interkalatos, neque tamen ita satisfactum fuisse rationibus Solis, vt paria facerent cum ra-

tionibus Lunę; superfuerunt enim adhuc excessus Solis dies duo, quod facile colligitur, si ad calculos sedeamus, & rationes putemus dierum excessus Solis supra modum anni Lunaris, qui sunt quotannis dies decem, horæque viginti duæ: Isti enim dies & horæ si componantur, summa erit, dies centum quinquaginta duo, horæ viginti, id est, menses quinque dierum tricenorum singuli, & præterea dies duo cum horis viginti ducas sexies, exsurget numerus dierum duodecim, horarum centum viginti, quæ sunt dies quinque: Quare anno vltimo tertij Cycli Solaris, hoc est, octagesimo quarto peracto, & intra illud annorum spatium triginta mensibus interkalatis, superfuerunt dies septemdecim solidi, quibus adde dies illos decem, horas viginti duas, quibus annus Solaris octagesimus quintus excedit eundem annum Lunarem, fient dies viginti septem cum horis viginti duabus; atque ita legendum est apud Epiphanium: οἱ τινες ὡφέλον εἶ) τριάκοντα μῆν, εἴκοσι δ' ἑπτὰ ἡμέραι καὶ ὧραι ἕνδεκα. Loco corrumpendo fuerunt literæ numerales: Quanquam ad vulgatam numeri dierum scripturam accedit calculus Iudæorum, interkalatis mensibus τριακονθημέροις. Nam restant octagesimo quarto anno dies quatuordecim, horæ tres & scrupula IↃCCCCXXXVI. quibus adde excessum Solis in anno octagesimo quinto, fient dies viginti quinque, hora vna, scrupula LX. Sed omnino legendum est apud Epiphanium, vt emendauimus; id enim non tantùm exigit eius calculus dierum & horarum excessus Solis quotannis supra rationes

tiones Lunæ, ſed etiam quod addit de biduo: Scribit enim anno octageſimo quinto interkalatum fuiſſe menſem ante Niſan, cùm tamen nonniſi viginti ſeptem dies & horæ viginti duæ poſſent interkalari; quare deerat biduum à numero menſis τριακονθημέρου. Vnde factum eſt, vt cùm vulgus Neomeniam Niſan illo anno numeraret, eſſet tantùm viceſimus nonus dies menſis Adar præcedentis; atque ita quarta decima Luna Niſan non ex vero ab illis numerabatur, quare ab aliis in biduum differebatur. Hic eſt ſenſus verborum Epiphanij, qui tamen confundit annum octageſimum quintum affectum cum ineunte, ſi putat iam tùm menſem fuiſſe interkalatum; non poterat enim, vt videtur, interkalari menſis, niſi anno affecto, atqui acciderunt anno octageſimo quinto ineunte: Vera tamen dicit Epiphanius, cum eoque mirificè conſentit ratio Octaëteridis, quam hoc capite deſcripſimus. Nam anno octageſimo quarto ſupererant dies viginti octo ex illis trientibus, quorum rationem non habebant in Octaëteride, conflati ad veras Lunaris motus rationes: itaque deerat biduum ad implendum menſem, vnde fiebat, vt cùm vulgus è ſua numeraret Octaëteride Neomenias & Quartasdecimas Niſan anno octageſimo quinto, rationes Lunæ anteuerteret biduo. Quod anno, quo Chriſtus Dominus in crucem actus eſt, accidiſſe vult, itaque ſcribit Chriſtum, qui Paſcha σταυρωσίμου cum vulgo celebrauit, biduo anteuertiſſe Quartam decimam Lunam veram; primores vero populi triduo poſt celebraſſe, δι᾽ ἰσημερίαν τοῦ σαββάτου

μίαν ἡμέραν ποιοῦντες, & biduo, quod Christus cum vulgo anticipauerat, addentes. Fuit igitur annus octagesimus quintus, quo ex Epiphanij sententia passus est Christus. Repetit itaque longè antè tempora R. Samuelis Iarchinaï Octaëteridem illam, quam siue ipse R. Samuel, siue quis alius, post institutum ab eo Tekupharum typum, vulgo proposuit, à quo vsurpata est etiam Epiphanij ætate, cuiusque nos Laterculum hoc ipso capite exhibuimus: Nam si annus Paschatis σταυρωσίμου est octagesimus quintus, omnino necesse est, vt primus horum octaginta quinque annorum vertat anno ab Orbe condito termillesimo octingentesimo nonagesimo sexto, Cyclo Solis XII, litera Dominicali G, cepitque eius Tisri ab autumno anni præcedentis termillesimi octingentesimi nonagesimi quinti. Annus quippe Paschatis σταυρωσίμου, ex Epiphanij sententia, est annus Christi Dionysianus tricesimus primus, siue Orbis conditi ter millesimus nongentesimus octagesimus, Cyclo Solis XII, literâ Dominicali G, Tiberio Cæsare V. & L. Ælio Seiano Coss. Scribit quidem Epiphanius passum esse M. Vinitio Quartino, & C. Cassio Longino Coss. qui anni præcedentis Fastos signarunt: Sed falsus est Epiphanius, eò quod putauit alium fuisse Consulatum duorum Geminorum, & alium Consulatum Rufi & Rubellionis, siue potius Fusij atque Rubellij. At annum clarè designat, quem dicit esse tricesimum tertium Christi: Natum autem Christum asserit Augusto Cæsare XIII. & M. Plautio Siluano Coss. Ergo annus tricesimus tertius Chri-

ſti Epiphanianus eſt Dionyſianus triceſimus primus. Rurſum ſcribit paſſum eſſe poſt Baptiſmum ἐν τῇ τρίτῃ ὑπατείᾳ. Baptizatus autem eſt, ex Epiphanij ſententia, πρὸ ἓξ Εἰδῶν Νοεμβρίων ἐν ὑπατείᾳ Σιλουανοῦ καὶ Νέρουα, cùm annum ageret triceſimum. Atqui anni viceſimi octaui Chriſti Dionyſiani Faſtos ſignant Ap. Iunius Silanus, & P. Silius Nerua Coſſ. Quare tertius ab illo Conſulatus eſt anni Chriſti Dionyſiani triceſimi primi, Quo anno Chriſtum celebraſſe Paſcha ſcribit Epiphanius, decimo ſeptimo die Martij, feriâ tertiâ: Quemadmodum autem etiam ante natum Chriſtum repetit typum anni à R. Samuële Iarchinai publicati, ita quoque ordinem Octaëteridis ſecundum illum anni typum inſtitutæ turbat, & annum illius ſeptimum eius caput facit. Nam qui tertius eſt Octaëteridis, Epiphanio quintus eſt, eoque anno Quartadecima Niſan fuit die decimo ſeptimo Martij. Sed quod addit Epiphanius anno Chriſti Dionyſiano triceſimo primo diem decimum ſeptimum Martij fuiſſe feriâ tertiâ, πρόσφαγμα eſt illius, neque id tantùm, ſed maius aliquid, cùm è Sacra Euangelij hiſtoria conſtet Chriſtum Paſcha celebraſſe feriâ quintâ: Atque ex his lucem capient Epiphanij iſta: τασχα δὲ ἐν τῇ πρὸ δεκατεσσάρων Καλανδῶν Ἀπριλλίων, ὑπερβεβηκότων αὐτῶν μίαν ἑσπέραν, τουτέστιν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης νυκτερινῇ μέσῃ. ἔφαγον οὖν τὸ Πάσχα πρὸ δύο ἡμερῶν τοῦ φαγεῖν, τουτέστι τῇ τρίτῃ ἑσπέρας, ὅπερ ἔδει τῇ πέμπτῃ ἑσπέρας. τεσσαρεσκαιδεκάτη γὰρ οὕτως ἦν ἡ πέμπτη. συλλαμβάνεται δὲ τῇ τρίτῃ αὐτῇ ὀψέ, ἥτις ἦν ἑνδεκάτη τῆς σελήνης νυκτερινὴ πρὸ δέκα ἓξ Κα-

λανδῶν Ἀπριλλίων, τετρὰς δωδεκάτη νυκτερινὴ πρὸ δεκαπέντε Καλανδῶν Ἀπριλλίων, πέμπτη τρισκαιδεκάτη ἡμερινὴ, νυκτερινὴ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη πρὸ δεκατεσσάρων Καλανδῶν Ἀπριλλίων, πρὸς σάββατον τεσσαρεσκαιδεκάτη νυκτερινὴ πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Ἀπριλλίων. Σάββατον πεντεκαιδεκάτη ἡμερινὴ πρὸ δεκαδύο Καλανδῶν Ἀπριλλίων, ἐπιφώσκουσα κυριακὴ πεντεκαιδεκάτη νυκτερινὴ, καὶ ὅτι ἀνάστασις καὶ ἰσημερία πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλλίων, δι' οὗ πλανηθέντες ὑπέρβατον μίαν ἡμέραν ἐποίησαν, ὡς προέφην. Frustra enim hîc sunt nuperi scriptores in his Epiphanij verbis interpretandis, neque eorum mentem sunt assecuti, vt patet è diagrammate quod delinearunt huiusmodi:

Kalendæ.	Martij dies.	Luna Nicæna vera.	Luna Nicæna Epiph.	Luna Iudaica vera.	Luna Iudaica re ipsa vitiosa.	Luna ex vitiosa Epiphanij mẽte.	Feriæ veræ.	Feriæ Epiphanij falsæ.
16.	17.	7.	10.	6.	9.	12.	7.	3.
15.	18.	8.	11.	7.	10.	13.	1.	4.
14.	19.	9.	12.	8.	11.	14.	2.	5.
13.	20.	10.	13.	9.	12.	15.	3.	6.
12.	21.	11.	14.	10.	13.		4.	7.
11.	22.	12.	15.	11.	14.		5.	1.
10.	23.	13.		12.	15.		6.	
9.	24.	14.		13.	16.		7.	
8.	25.	15.		14.			1.	
7.	26.			15.				

Nihil hic habet Epiphanius de Luna Nicæna, siue

vera, siue falsa ea sit; quod verò ad illius æui Iudæorũ quartam decimam attinet, eam inuestigauit, vt diximus, Epiphanius ex Octaëteride R. Samuelis Iarchinai, quæ tamen nondum ætate Christi, nec nisi ducentis, & quod excurrit, post annis vsurpata fuit: obseruatque Epiphanius anno Paschatis σταυρωσίμου abijsse à Lunæ rationibus biduum hanc Octaëteridis formam, itaque factum fuisse, vt Christus, qui ex Octaëteridis typo Pascha cum suis celebrauit, ante diem sextumdecimum Kalendas Aprileis celebrauerit, Principes vero populi, qui volebant ad Lunæ rationes, quàm proximè poterant, accedere, nonnisi biduo post Pascha celebrandum putarint, & præterea interkalarem diem adiecerint: vnde ante diem tertiumdecimum Kalendas Aprileis Pascha celebrarunt: Hæc est Epiphanij mens, quanquam pleraque corruptè legantur apud præstantissimum hunc scriptorem imperitorum librariorum culpa: Sed in procliui est emendatio: Nam constat diem sextumdecimum Kalendas Aprileis fuisse quartam decimam Nisan, quia Christus cum plerisque alijs Pascha eo die celebrauit. Rursum dies quartus decimus Kalendas Aprileis fuit primoribus populi propter veras, vt videri volebant, Lunæ rationes, quarta decima Nisan ex Epiphanij sententia: Τεσσαρεσκαιδεκάτη γὰρ οὕτως ἦν ἡ πέμπτη, πέμπτη τεσσαρεσκαιδεκάτη ἡμερινή, νυκτερινὴ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη πρὸ δεκατεσσάρων Καλανδῶν Απριλλίων. feriâ sextâ passus est Dominus, ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης ἡμερινῇ μέσῃ. ita enim emendandum putamus. Verùm Iudæi ætate

Christi ea non vtebantur Octaëteride, ſed illa, de qua in præcedentibus diſputauimus, ex qua tantum abeſt, vt poſſit inueſtigari Epiphaniana huius anni quarta decima, vt conſtet contra Neomeniam Niſan vno die anteuerti à quarta decima, qua Chriſtum vult Epiphanius Paſcha celebraſſe: Erat namque octauus annus Octaëteridis noſtræ, cuius Niſan cepit die decimo octauo Martij: Quod verò Lunæ motum attinet, cum eo paria quoque non facit Epiphanij calculus: nam huius anni Nouilunium fuit die duodecimo Martij, feriâ ſecundâ: En laterculum ex Epiphanij ſenſu.

Kalendæ.	Martij dies	Luna Octa et. Samuel.	Luna princi- pum popul.	Feriæ ex Epi- phanio.	Feriæ veræ.	Luna vera.	Luna Octaete- ridis Iudaicę.
16.	XVII.	14.	12.	III.	7.	6.	
15.	XVIII.	15.	13.	IV.	1.	7.	1.
14.	XIX.	16.	14.	V.	2.	8.	2.
13.	XX.	17.	15.	VI.	3.	9.	3.
12.	XXI.	18.	16.	VII.	4.	10.	4.
11.	XXII.	19.	17.	I.	5.	11.	5.

Aberrauit Epiphanius quamlongiſſimè à veri via, quando exiſtimauit Chriſti ætate Iudæos vſurpaſſe illam Octaeteridem, quæ nonniſi anno Chriſti Dionyſiano ducenteſimo ſeptimo inſtituta eſt &

publicata cum typo Tekupharum R. Samuelis Iarchinai. Obtinuitque ad tempora Constantini Magni: Obseruat enim Constantinus in Epistola ad Ecclesias, Iudæos bis in vno anno Pascha celebrasse, quia nempe Quartadecima anteuertebat æquinoctium, à quo primus numerabatur anni mensis ex instituto non minus Moysis & veterum Iudæorum, quàm Nicænorum Patrum: ἐκεῖθεν οὖν πίνειν κἀν τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν οἱ Ἰουδαῖοι οὐχ ὁρῶσιν, ὡς δὴ κατὰ τὸ πλεῖστον αὐτοὺς πλανωμένους τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως, τῷ αὐτῷ ἔτει δεύτερον τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν. Dicit Constantinus id accidisse, *vt plurimum*, itaque tum temporis non obseruabant Iudæi Octaëteridem illam, quam vsurpasse diximus ætate Christi, neque item Periodum Calippicam: Nam quod ad nostram Octaëteridem attinet, nunquam si illam obseruassent, Pascha celebrassent ætate Constantini ante æquinoctium, cuius tunc sedes erat vicesimus primus Martij dies: si verò vsurpassent Periodum Calippicam, semel tantum intra Enneadecaeteridem æquinoctium anteuertissent in celebrando Paschate, non igitur κατὰ τὸ πλεῖστον. Atqui κατὰ τὸ πλεῖστον Iudæorum quartam decimam ante æquinoctium incidisse testis est Constantinus. Non igitur ex illa Octaeteride aut Callipica Periodo inuestigabant Quartamdecimam Nisan, sed ex hac Samuelis Octaeteride; bis enim accidit intra hanc Octaeteridem, vt Quartadecima Nisan anteuertat æquinoctium. Quare dicit Epiphanius Hæresi LXX. ἐὰν μὴ ὑπερβῇ ἰσημερία, παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις οὐ φυλάσσε-

ϑαι, itaque aliquando illos, πρὸ τῦ τελεσϑῆναι τὴν ἰσημερίαν ὁ Πάσχα ἐπιτελεῖν. Quod verum est vbi primum hanc Octaëteridem vſurparunt: Quare νοϑεύεται Canon ille, qui Apoſtolorum dicitur: Nam Apoſtolorum ætate Iudæi non ἐπετέλουν τὴν ἁγίαν τῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας, imò contra δι' ἰσημερίαν μίαν ἡμέραν ὑπὲρ σάββατον ἐποίουν. Verùm id tantum fuit Iudæos anteuertiſſe æquinoctium in celebrando Paſchate, vbi mutauit Octaeteris, quæ Apoſtolorum ætate obtinebat, & alia inſtituta, in qua nulla habita eſt ratio æquinoctij, vt interkalaretur menſis, ſed tantùm exceſſus Solis ſupra modum anni Lunaris, hæc nempe, cuius caput eſt annus Chriſti ducenteſimus decimus ſeptimus: Eaque obſeruata eſt ad tempora Hillelis: Quanquam etiam poſt tempora Hillelis vſurpatam fuiſſe nullus dubito, cùm Epiphanius, qui poſt publicatam Hillelis Enneadecaëteridem ſcripſit, adeo verſatus in Palæſtina inter Iudæos & Samaritanos, Octaëteridis meminerit, & à Iudæis vſurpari ſcribat.

Capvt XV.

Non poſſumus ſine ingenti piaculo prætermittere quæ ab Epiphanio referuntur de die Natali, itemque Baptiſmi Domni noſtri. Natum ſcribit Epiphanius Dominum ſexto Ianuarij die, ἐν ὑπατείᾳ Αὐγούστου τρισκαιδέκατον καὶ Σιλανοῦ πρὸ ὀκτὼ τῦ Ἰανουάριον μηνὸς, τουτέστι πρὸ ὀκτὼ Εἰδῶν Ἰανουαρίων, ἥτις ἐστὶ κατ' Ἑβραίους Τιβὶθ ιγ'. Locum hunc excuſſit nuperus

nuperus Epiphanij editor, ſed quæ ex ſua Ogdoëcõtateſſaraëteride obſeruat, vt vt videantur ad hunc annum accommodata, nihil tamen faciunt ad Paſchatis ϛαυρωσίμου annum, quo Paſcha die decimo ſeptimo Martij celebratum à Chriſto docet Epiphanius, & Chriſtum in crucem actum fuiſſe die viceſimo Martij: nihil quoque ad annum Baptiſmi Chriſti conducunt: Quare aliud eſt agendum. Sciendum igitur eſt Iudæos menſes ſuos, qui tamen ſemper fuerunt Lunares, duobus modis numeraſſe, vno ſecundum Moyſis inſtituta, ita vt Neomenia Niſan eſſet vaga, nec in vllo menſe Iuliano fixa; altero politicè, ita vt Neomenia Niſan eſſet fixa in Aprili, Neomenia Ijar in Maïo, & ita deinceps: eaque ratione fiebat, vt Niſan veniret in locum Ijar, Ijar locum Sivvan occuparet, & ita de ceteris. Ex his pendet quicquid ab Epiphanio pronuntiatur de die Natali Chriſti, itemque Baptiſmi. Annus Natalis Domini aſſignatus eſt ab Epiphanio, vt ex ijs, quæ iam ante diſputauimus, conſtat, anno quinquageſimo ſecundo Ogdoëcontateſſaëteridis: Nam ſi annus ϛαυρώσιμος eſt annus octageſimus quintus, ſiue primus ſecundæ Ogdoecontateſſaraeteridis, neceſſario ſequitur Chriſtum, qui paſſus eſt, ex Epiphanij ſententia, anno ætatis ſuæ triceſimo tertio vertente, natum eſſe vertente anno quinquageſimo ſecundo primæ Ogdoecontateſſaraeteridis. Erat is annus ſecundus Octaeteridis R. Samuelis Iarchinai, cuius Neomenia Niſan Moſaïci cadit in diem quintumdecimum Martij: Neomenia igitur Niſan politici, quæ

ſixa eſt in Aprili, cadit in diem quartum decimum Aprilis: Hinc menſium huius anni ordo politicus inſtituendus, ijque menſes numerandi ſunt alternis pleni & caui. Itaque à Neomenia Niſan ad tertium diem menſis Tebeth, (corrupta eſt proculdubio numeralis nota huius diei apud Epiphanium, lego κατ' Ἑβραίοις Τιβηθὶ γ', emendationem ſequentia adſtruent,) vtroque termino incluſo, numerantur dies ducenti ſexaginta octo. Totidem quoque dies ſunt à quartodecimo Aprilis die ad ſextũ Ianuarij, vtroque termino incluſo. Dices, at quomodo fieri poteſt, vt dies ſextus Ianuarij ſit dies tertius Tebeth menſis Lunaris, cùm Nouilunium commiſſum ſit hoc anno die ſexto Ianuarij, feriâ ſecundâ: Hinc enim ſequitur Neomeniam Tebeth, quæ fuit die quarto Ianuarij, Sabbato, anteuertiſſe verum Nouilunium biduo: & id certè verum eſt, cúmque Epiphanij rationibus paria facit: Nam cùm Iudæi in ſua Octaëteride inſuper haberent trientem illum in Lunæ rationibus, ex quo tertio quoque anno vnus illis dies accedebat, anno Ogdoecontateſſaraeteridis quinquageſimo ſecundo ſuperfuerunt è Lunæ rationibus dies ſeptemdecim, quibus adde huius anni dies exceſſus Solis ſupra rationes Lunæ, hoc eſt, dies decem, exſurgit numerus dierũ viginti ſeptem, atque ita reſtant complendo menſi cauo dies duo, cuius bidui rationem cùm non haberent Iudæi, factum eſt, vt Neomenia Tebeth nouilunium duobus diebus anteuertat.

Sequitur Baptiſmus, de quo iſta Epiphanius: καὶ

ἐβαπτίσθη ἐν τῇ τριακοστῇ ὑπατείᾳ, Σιλουανοῦ καὶ Νερούα, περὶ τὸν δέκατον μῆνα τοῦ τριακοστοῦ ἔτους τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, πρὸ ἓξ Εἰδῶν Νοεμβρίων, κατὰ Ἑβραίους Μαρεσουὰν ἑβδόμη. Baptizatus eſt Chriſtus menſe decimo, non ergo die octauo Nouembris, ſiquidem natus eſt die ſexto Ianuarij: imo potius die quinto Nouembris baptizatus eſt, quomodo olim ab Epiphanio ſcriptum fuiſſe mihi non eſt dubium: Atque ita paria faciunt numeri dierum menſis Romani cum numero dierum menſis Iudaïci. Erat annus Baptiſmi Chriſti, ex Epiphanij ſententia, annus octageſimus ſecundus Ogdoecontateſſaraeteridis, idémque annus octauus Octaeteridis R. Samuelis, cuius Neomenia Niſan Moſaïci cadit in diem octauum Martij: Neomenia igitur Niſan politici in diem ſeptimum Aprilis cadit. Hinc petendus eſt ordo menſium politicorum, qui alternis ſunt, vt diximus, pleni & caui: Itaque à Neomenia Niſan ad ſeptimum diem menſis Marcheſvvan, vtroque termino incluſo, dies numerantur ducenti tredecim: Totidem quoque dies ſunt à die ſeptimo Aprilis ad diem quintum Nouembris, vtroque termino incluſo. Obijcies quoque diem hunc quintum Nouembris non potuiſſe eſſe ſeptimum menſis Lunaris Marcheſvvan, quia nouilunium committebatur eo anno die quinto Nouembris, feria ſexta: Eſt igitur dies ſeptimus Marcheſvvan, qui hoc anno incidit in diem quintum Nouembris, eo ipſo die, quo commiſſum eſt nouiluuium, proindéque eius Neomenia, quæ eſt triceſimo Octobris die, Sabbato, anteuertit no-

uiluuium diebus ſeptem: Quod verum eſt ſecundum Epiphanij calculum, propter illam διὰ ἐτῶν τριῶν μίαν ἡμέραν παρὰ Ἰουδαίοις διαφωνουμένην, & neglectam: Cùm enim hic annus ſit octageſimus ſecundus Ogdoecontateſſaraeteridis, fit vt ſuperſint dies ex his trientibus conflati vigintiſeptem, quibus adde huius anni dies exceſſus Solaris, hoc eſt, dies decem, exſurgit numerus dierum trigintaſeptem, è quo ſi demas menſem τριακονθήμερον reſtant dies ſeptem, qui à Iudæis neglecti faciunt, vt totidem diebus Neomenia Marcheſvvan nouiluuium anteuertat.

CAPVT XVI.

SAMVELEM Iarchinaï, de quo multa in ſuperioribus diximus, excepit Rab Adda: השעה ותפ״ה חלקים הנותרים בכל מחזור לדרת שמואל כידוע לבעלי העבור הוא רב אדא חלק אותה השעה ותפ״ה חלקים ע״י חכמת התשבורת בין ע״ו תקופות שבכל מחזור אשר מפני זה חלק כל חלק לע״ו חלקים שניים וקרא להם רגעים והגיע לכל תקופה ותקופה מע״ו תקופות המחזור כ׳ חלקים מ״ה רגעים *Horam & quadringenta octoginta quinque ſcrupula excurrentia in omni Cyclo è ſententia Samuelis, vt conſtat omnibus auctoribus Computi, is Rab Adda illam horam, & quadringenta octogintaquinque ſcrupula diſtribuit per ſcientiam fractionis Arithmeticæ in omnes ſeptuaginta ſex Tekuphas, quæ ſunt in Cyclo; adeo vt vnumquodque ſcrupulum diuiſerit in ſeptuaginta ſex ſcrupula ſecunda, quæ vocauit* momenta, *& ſingulis Cycli Tekuphis competunt viginti ſcrupula, momenta quadraginta quin-*

que. Colligere licet ex his verbis, & hunc Rab Adda posteriorem esse Samuële Iarchinai, & Cyclum eiusdem esse decemnouennalem: Fecit namq; ex Octaëteride Enneadecaëteridem, in qua primi Nisan Nouilunium, vt habes apud Maimonidem Tractatu קדוש החדש Perek X. fuit feria quarta, horâ nonâ, scrupulo sexcentesimo quadragesimo secũdo, post occasum Solem, postridie Kalendas Aprileis: תקופת ניסן לפי חשבון זה היתה בשוה ראשונה של יצירה קודם מולד ניסן בתשע שעות ושש מאות שנים וארבעים חלקים סומן להם טתר״מב וכן היא לעולם בכל שנה ראשונה של כל מחזור קודם מולד ניסן בתשע שעות ושש מאות שנים שנים חלקים· Ad quem locũ Scholiastes ista adnotat: תקופה ראשונה שהיתה בעולם בעת שנבראו המאורות היתה׃ תקופת ניסן והחמה בראש מזל טלה בתחילת ליל ד׳ והקדימה התקופה למולד ניסן לדברי רב אדא ט׳ תר״מב בלבד׃ Benè autem docet Maimonides primis singularum Enneadecaeteridum annis semper Nouiluuium Nisan fuisse postridie Kalendas Aprileis, horâ nonâ, scrupulo sexcentesimo quadragesimo secundo: Nam לפי השבון רב אדא יכלו שנות החמה עם שנות הלבנה בכל מחזור ומחזור בצמצום גמור בלי שום יתור אד חסור אפילו רגע אחת· *secundum rationes Rab Adda desinunt anni Solis cum annis Lunæ in singulis Cyclis æquatione absoluta, sine accessione aut decessione, vel vnius momenti.* Annum, quo primum suum Nisan statuit Rab Adda, pronuntiat Vir Illustris fuisse quatermillesimum decimum septimum æræ Iudaïcæ: Sed eius sententiæ accedere non possumus: Nam si hunc numerum diuiseris per nouemdecim, reliquantur octo. Atqui ce-

pit primus Niſan Rab Adda vertente primo anno æræ Iudaïcæ; vnde etiam obſeruant ijdem viri magni primum Niſan Rab Adda cepiſſe quarto Nonas Aprileis, feriâ quartâ, anni Periodi Iulianæ nongenteſimi quinquageſimi quarti, cùm primus Tiſri æræ Iudaïcæ cepiſſet Nonis Octobris, feria ſecunda, anni Periodi Iulianæ nongenteſimi quinquageſimi tertij. Quanquam non anno Periodi Iulianæ nongenteſimo quinquageſimo quarto aſſignandus eſt primus Niſan Rab Adda, ſed potius anno Periodi Iulianæ ſeptingenteſimo ſexageſimo quarto, Cyclo Solis octauo, litera Dominicali E, quo anno Orbem eſſe conditum viri ſummi εἰκοτολογοῦσι. Non enim ab Epocha Orbis conditi peti debet diſcrimen illud, quod poſitum eſt in interuallo temporũ inter veras Chronologiæ rationes, & æram Iudaïcam, vt infra, Deo dante, dicemus. Quare exiſtimamus primum Niſan primæ Enneadecaeteridis Rab Adda cepiſſe anno Periodi Iulianæ ſeptingenteſimo ſexageſimo quarto, Cyclo Solis octauo, litera Dominicali E, quarto Nonas Aprileis, feria quarta. Voluit autem interkalari, quemadmodum & olim obſeruatum fuerat, ne æquinoctij ſedes, quam ſtatuit quarto Nonas Aprileis, incideret in diem ſextum decimum Niſan. Scholiaſtes Maimonidis ad Perek X. Lib. laudati:

וזו התקופה של רב אדא לא הבא על חשבונה תקופת ניסן ביו״
בניסן לעולם ותהיה השנה מעוברת תהיה התקופה באדר:

Quare male communem annum faciunt, qui quintuſdecimus eſt Enneadecaëteridis: Niſan enim anno ſextodecimo inciperet, vel die decimo octauo Mar-

tij, vt vult Scaliger, vel decimoſeptimo, vt nuperus ſcriptor prodidit: Atqui dies quartus Nonas Aprileis, quo committi æquinoctium ſententia fuit Rab Addæ, hoc modo cadet in diem ſextumdecimum vel decimumſeptimũ menſis Niſan, quod interkalatione caueri volebat Rab Adda: Fuit igitur ann⁹ quintuſdecimus Enneadecaëteridis illius embolimæus, non communis: En Enneadecaeteridis Diagramma.

ENNEADECAETERIS. RAB. ADDA.

ANNI.	ANNI QVALITAS.	NEOMENIA. NISAN.
I.		II. Aprilis.
II.	Embolimæus.	XXII. Martij.
III.		X. Aprilis.
IV.		XXX. Martij.
V.	Embolimæus.	XIX. Martij.
VI.		VII. Aprilis.
VII.	Embolimæus.	XXVII. Martij.
VIII.		XV. Aprilis.
IX.		IV. Aprilis.
X.	Embolimæus.	XXIV. Martij.
XI.		XII. Aprilis.
XII.		Kalendæ Apríleis.
XIII.	Embolimæus.	XXI. Martij.
XIV.		IX. Aprilis.
XV.	Embolimæus.	XXIX. Martij.
XVI.		XVI. Aprilis.
XVII.		VI. Aprilis.
XVIII.	Embolimæus.	XXVI. Martij.
XIX.		XIV. Aprilis.

CAPVT XVII.

REFERVNT Iudæi Hillelem Principem Kalendarium ſuum edidiſſe anno Iudaïco quatermilleſimo centeſimo decimo octauo: והיה זה בשנה תר״ע לשטרות ר״צ לחורבן דבית והיא שנת ד״א קי״ח ליצירה: *Contigit autẽ hoc anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo Contractuum, ducẽteſimo nonageſimo deſolationis Tẽpli, & Orbis conditi quatermilleſimo centeſimo decimo octauo*: Itaque vel anno Chriſti Dionyſiano tercenteſimo quadrageſimo quarto, vel tercenteſimo ſexageſimo tertio, cepit primus Tiſri Enneadecaëteridis Hillelis, cuius memoria, & antiquiſſimum exemplum habetur Epiſtolâ LXXIII. B. Ambroſij, qui Paſchatis à Iudæis celebrandi diem adſignat ex Hillelis Enneadecaëteride. Eius verba ſunt: *Denique in futurum, Iudæi duodecimo, non primo menſe celebraturi ſunt Paſcha; hoc eſt, tertio Kalendas Aprileis ſecundum nos, ſecundum Ægyptios autem vigeſimo quarto die Phamenoth menſis, qui eſt non primus menſis, ſed duodecimus*. Scribit B. Ambroſius celebrandum eſſe à Iudæis Paſcha eo anno, quo hanc ſcribebat Epiſtolam, viceſimo quarto die menſis Phamenoth, quem diem præferunt editi B. Ambroſij codices eſſe tertium Kalendas Aprileis: Sed mendum eſt librariorum; nam reſcribendum eſt, *tertio decimo Kalendas Aprileis*, vt euincit appoſitus viceſimus quartus dies menſis Phamenoth: & præterea, quod caput eſt, quia primus menſis, quod ad Quartas decimas Lunas attinet, incipit, vt atte-

ſtatione

ſtatione eiuſdem B. Ambroſij ex eadem Epiſtola conſtat, *duodecimo Kalendas Aprileis, & finitur vndecimo Kalendas Maij*. Annus autem, quo hanc Epiſtolam ſcribebat B. Ambroſius, erat Chriſti Dionyſianus tercenteſimus octageſimus ſeptimus, Cyclo Solis quarto, litera Dominicali C, vertente anno æræ Iudaïcæ quatermilleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo. Vt Paſcha Iudaïcum huius anni deprehendamus, ſtatuenda eſt menſis Tiſri Neomenia anni Iudaïci ſequentis, qui eſt quatermilleſimus centeſimus quadrageſimus octauus.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	SCRVPVLA.
4148.				
4104.				
44.	255.	2.	23.	87.
4104.	13.	7.	1.	0.
	242.	2.	22.	87.

Erat igitur annus ſextus Enneadecaëteridis Hillelis, cuius Tiſri cepit tertio Kalendas Septembr is anni Dionyſiani tercenteſimi octageſimi ſeptimi. Sed accedit dies & feria, quia horæ numerum octodecim excedunt: Quare Neomenia Tiſri fuit pridie Kalendas Septembreis, feriâ tertiâ: iam vero ex hoc numero deducendi ſunt dies centum ſexaginta quatuor, & feriæ tres, reſtabit dies Quartædecimæ Niſan: Fuit ergo Quartadecima Niſan Iudaïci tertiodecimo Kalendas Apriléis anni

DIES.	FERIÆ.
243.	3.
164	3.
79.	0.

Dionyſiani tercenteſimi octageſimi ſeptimi, feriâ ſeptimâ, & optimè obſeruauit B. Ambroſius Iudæos Paſcha illo anno eſſe celebraturos tertiodecimo Kalendas Apriléis, ſiue viceſimo quarto die menſis Phamenoth.

CAPVT XVIII.

EXPENDEMVS hoc capite, an Iudaïcus annorum Computus ſit τεχνικὸς, & ab Hillele Principe excogitatus, an vero ἱςορικός. Prius quidem exiſtimauit Vir illuſtris omnino eſſe verum, cùm numerus annorum Iudaïcorum ſit minor vera Conditi Orbis æra annis centum octoginta nouem. Nos tamen non poſſumus in animum noſtrum inducere, hunc annorum Computum fuiſſe ab Hillele excogitatum, ſed à maioribus ſuis acceperat Hillel, & verum Natalem Orbis annum vno anteuertit, itaque aliunde labes acceſſit illorum calculo, ita vt minor, quam par erat, annis centum octoginta nouem deprehendatur. Conſentiunt namque in aſſignando anno Cataclyſmi cum Moyſis hiſtoria: מארם עד המבול אלף ושש מאות וחמשים ושש שנים: *Ab Adamo ad Diluuium vſque anni mille ſexcenti quinquaginta ſex.* Rurſum ab Orbe condito ad Exodum Iſraelitarum paria cum Moyſe faciunt, quinque annis minus: יצאו ממצערים בניסן בשנת אלפים ארבע מאות וארבעים ושמנה לבריאת עולם. *Egreſſi ſunt ex Ægypto menſe Niſan, anno ab Orbe condito biſmilleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo.* Præterea tot annos numerant ab

Exodo ad iacta Templi fundamenta, Salomone imperante, quot habet Sacra Regum hiſtoria. ועד בנין בית ראשון ארבע מאות ושמונים לצאתם ממצרים והיא שנת אלפים ותשע מאות ועשרים ושמונה לבריאת עולם׃ *Ab Exodo ad ædificium Templi anni quadringenti octoginta, id eſt, ab Orbe condito biſmille nongenti viginti octo*: A iactis Templi fundamentis ad eiuſdem excidium, Nabuchodonozoro imperante, vel non diſcrepant ab hiſtoria ſacra, vel maius faciunt interuallum annis quinque: ארבע מאות ושלשים ושלשה מסוף שנת שלשה לשלמה עד חורבן הבית׃ *Ab anno tertio Salomonis ad excidium Templi anni quadringenti triginta tres*. Plures tamen non ſunt annis quadringentis viginti ſeptem: יבנה בית ראשון בשנת ב׳ תתקכט ועמד תכ״ז שנה: *Ædificatum eſt Templum anno biſmilleſimo nongenteſimo viceſimo nono, & ſtetit annis quadringentis viginti ſeptem*. Labes acceſſit Iudæorum calculo, quia Perſarum Reges pleroſque omittunt, quaſi nunquam regnarint in Perſide, atque Cyri annos numerant ex quo Babylonem occupauit: ומ׳לך כורש שלשה שנים ומלך אחריו אחשורוש י״ו שנה ומת ומלך בנו שילדה אסתר הוא דריוש ומלך ל״ב שנה בשנת שתים למלכו נבנה הבית עלה עליו אלכסנדרוס מקדון ויכהו וימיתהו בשנת ל׳ לבניין הבית׃ *Cyrus annos tres regnauit: poſt illum imperauit Aſſuerus annos ſedecim, & mortuus eſt, eique in imperio ſucceſſit eius filius, quem ex Eſthera ſuſtulit, atque is eſt Darius, qui imperauit annos triginta duos. Anno imperij illius ſecundo ceptum eſt inſtaurari Templum: eidem bellum intulit Alexander Macedo, & imperio vitaque exuit anno triceſimo ab inſtaurato Templo*. Iſta Iudaica

ſunt, id eſt, inepta, ſed tamen non ſunt nata, χθὲς καὶ πρῴην. Nam ecce Ioſephus Lib. XI. Darii Hyſtaſpis anno ſecundo inſtauratum eſſe Templum ſcribit, & nonniſi annum vnum Cyro abſcribit: τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς Κύρου βασιλείας ἐλέησεν ὁ Θεὸς τὴν αἰχμαλωσίαν· Κῦρος γὰρ ὁ βασιλεὺς καλέσας τε τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἐν Βαβυλῶνι Ἰουδαίων, συγχωρεῖν αὐτοῖς ἔφη βαδίζειν εἰς τὴν αὐτῶν πατρίδα, καὶ ἀναστῆσαί τε τὴν πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ναόν. & infra è Commentariis Cyri ipſius: ἐν τῷ πρώτῳ τῆς βασιλείας ἔτει Κῦρος ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε τὸν ναὸν οἰκοδομηθῆναι τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ τὸ θυσιαστήριον. addit: καὶ ταῦτα μὲν ἐπεσχέθη τὰ ἔργα μέχρι τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς Δαρείου βασιλείας τῶν Περσῶν ἐπ' ἄλλα ἔτη ἐννέα. Καμβύσης γὰρ ἓξ ἔτη ἐβασίλευσε, καὶ οἱ Μάγοι μετὰ τὸν Καμβύσου θάνατον τὴν Περσῶν ἀρχὴν ἐνιαυτὸν κατέσχον. μετὰ δὲ τὴν τῶν Μάγων ἀναίρεσιν τὸν Ὑστάσπου παῖδα Δαρεῖον ἐπέδειξαν βασιλέα. Quinetiam non numerat Ioſephus Perſarum Reges, niſi Cyrum, Cambyſem, Darium Hyſtaſpis filium, Xerxem, Artaxerxem, alterum Artaxerxem, & Darium, quem Alexander Mac. prælio vicit. Sed ad Iudæos noſtros redeamus. Reges in Perſide, poſt expugnatam Babylonem à Cyro, annos tantum quinquaginta & vnum imperaſſe volunt, cùm tamen certum ſit annos regnaſſe ducentos & quatuor. Quare differunt annis centum quinquaginta tribus. Adde annos illos quinque prochroniſmi Iudæorum in aſſignando anno Exodi, fiunt anni centum quinquaginta octo, quibus minor eſt Iudæorum calculus vero. Accedit numerus

annorum Dynaſtiæ Haſamonæorum. Nam colliguntur anni Dynaſtiæ Haſamonæorum à Sacerdotio Iudæ Macabæi centum viginti ſex, ab Encæniis eiuſdem, cẽtum viginti octo. Certum autem eſt Haſamonæos rerũ in Iudæa potitos præfuiſſe ab Encæniis Iudæ Macabęi: ergo anni Dynaſtię Haſamonæorum ſunt centum viginti octo: Iudæi vero numerant annos centum & tres tantum Haſamonæorum: Scribunt namque de Antigono vltimo Rege ſtirpis Haſamonæorum: נהרג בשנת מאה ושלש למלכות בית חשמונאי ועמד אחריו הורודוס בן אנטיפטר· *Antigonus cæſus eſt anno centeſimo tertio Dynaſtiæ Haſamonæorum, quem in imperio excepit Herodes Antipatri Filius.* Non ignoro Iudæos hos annos centum & tres peſſimè diſtribuere, ita vt videatur poſſe colligi maius interuallum Dynaſtiæ Haſamonæorum; ſed mihi dubium non eſt recentiores iſtos à maioribus accepiſſe interuallum Dynaſtiæ Haſamonæorũ, quod veteres illi exiſtimarunt fuiſſe annorum centum & trium; recentiores interuallum ſuis temporibus cõmodè non diuiſerunt: Eſt igitur inter verum tempus durationis Dynaſtiæ Haſamonæorum, & tempus quod numerant Iudæi, differentia annorum vigintiquinque, quibus Iudæorum calculus minor eſt vero. Hos vigintiquinque annos adde illis centum quinquaginta octo, fiunt anni centum octoginta tres, quibus calculus Iudæorum minor eſt. Ex his colligere eſt, vnde & quî factum ſit, vt Iudæi annos centum octoginta nouem numerent minus, quàm nos: idque non aliunde petito initio, quàm ab ipſo-

rum exordio, quod ſtatuit Moyſes, niſi quòd vno anteuertunt anno: tota differentiæ ratio petitur ab annis Regum Perſidis & Dynaſtiæ Haſamonæorũ. Nam quod ad annum Orbis Natalem attinet, conferunt Iudæi in annum Periodi Iulianæ ſeptingenteſimum ſexageſimum tertium Cyclo Solis ſeptimo, literâ Dominicali F. Neomenia תהו Nonis Octobribus, feria ſecunda.

Capvt XIX.

Assignavimvs in ſuperioribus denatales dies Mariæ, Aharonis, atque Moyſis, ex Iudæorum Octaëteride, quæ obtinebat Ioſephi æuo: videndum iam porro reſtat, quomodo cum eadem (Nam quod ad priorem illam noſtram Octaeteridem attinet, ex ea longè alius eſt adſcribendus dies morti Aharonis, quam à Ioſepho factum eſt, quanquam quod de Neomenia menſis Ab, qua obijſſe Aharonem idem ſcribit, habet è Moyſe ipſo Numerorum XXXIII. 38.) paria faciat Iudæorum calculus in aſſignandis diebus atris funere Maria & Moyſis: mortualem enim Aharonis diem etiã conijciunt in Neomeniam menſis Ab; non audent quippe de diuina Sacræ Scripturæ, quæ huic diei adſignat, auctoritate quicquam detrahere: באחת באב מת אהרן הכהן *Neomenia menſis Ab mortuus eſt Aharon Pontifex.* Rebus humanis exemta eſt Maria, inquit Ioſephus, Neomenia menſis Niſan, quæ cadit, vt conſtat è Iudaïca Ioſephi Octaeteride, & Syromacedonum

Periodo, hoc anno in diem quartumdecimum Kalendas Aprileis: Iudæi verò conferunt in diem decimum eiuſdem menſis Niſan: בעשרה בניסן מתה מרים *Die decimo menſis Niſan mortua eſt Maria.* Moyſes verò cœlo receptus eſt, eodẽ Ioſepho auctore, Neomenia menſis Adar, quæ cadit, vt colligere licet è Ioſephi Octaeteride Iudaica & Periodo Syromacedonum, in diem ſeptimum Eidus Februarias. At verò Iudæi exceſſiſſe Moyſem ſcribunt die ſeptimo mẽſis Adar: בשביעי באדר מת משה *Die ſeptimo menſis Adar obijt Moyſes.* Hic autem obſeruandum eſt, annũ aſſignandum eſſe è Iudæorum calculo, qui quinquẽnij prochroniſmo peccat. Vertebat enim, quando Maria fato functa eſt, annus æræ Iudaicæ biſmilleſimus quadringenteſimus octageſimus octauus: quando verò Moyſes in communem abijt locum, vertebat annus æræ eiuſdem Iudaicæ biſmilleſimus quadringenteſimus octageſimus nonus: נפטר משה רביעה ביום שבת בעת המנחה בשביעי באדר בשנת·ב תפט· *Exceßit Moyſes* ὁ μακαρείτης *Sabbato, tempore. Sacrificij veſpertini, ſeptimo menſis Adar die, anno biſmilleſimo quadringenteſimo octageſimo nono.* Secundò notandum eſt, Iudæos dies hos obſeruaſſe è calculo R. Samuelis Iarchinaï, cuius veſtigia legerunt, qui ſecuti ſunt Iudæi, quaſi Moyſis ætatè illa, de qua in ſuperioribus diſputauimus, R. Samuëlis Octaëteris vſu fuiſſet recepta: Cuius anno octauo, qui intra annum æræ Iudaïcæ bismilleſimum quadringenteſimum octageſimum octauum & octageſimum nonum vertit, mortalitatem exuerunt Ma-

ria atque Moyſes. Cepit apud vulgum annus octauus Octaëteridis R. Samuelis Iarchinaï die octauo Martij, feriâ primâ: erat quippe Solis Cyclus tertius, litera Dominicalis D. Sed propter illud biduum, quod intra Octaëteridem accedebat, ob τὴν διὰ τῶν τριῶν ἡμέρων παρὰ Ἰουδαίοις διαφωνουμένην, vt loquitur Epiphanius, promouenda eſt Neomenia Niſan in diem decimum Martij, feria tertia, quod fiebat à primoribus populi: Ergo dies decimus menſis Niſan cadit in diem quartumdecimum Kalendas Aprileis, quod etiam habet Ioſephus: Atque hic dies exceſſu Mariæ funeſtus eſt. Quod ſequitur de Moyſis obitu lõgè maiorem habet difficultatem: Exiſtimant Iudæi Moyſem eodem die natum atque denatum fuiſſe: colligunt ex his verbis Deuteronomij XXXI. 2. בן מאה ועשרים שנה אנכי היוםהיום מלאו ימי ושנותי ביום זה נולדתי וביום זה אמת ad quæ Salomo Iarchi: Natalem Moyſis conferunt in diem ſeptimum menſis Adar, ac proinde denatum quoque eodem eſſe volunt die: Quod verò huic ſuæ ſententiæ firmandæ præſcribunt Moyſis verba, quæ iam deſcripſimus, longè falluntur meo iudicio: Nam, ſi dies erat ſeptimus menſis Adar ex eorum calculo, vt mihi facile perſuadent, hic dies, quo Moyſes his verbis populum Iſraëlis alloquitur, ſeptimo menſis Adar die non obijt Moyſes, quæ enim ab illo capite XXXI. Deuteronomii ad XXXIV. dicta facta referuntur, intra vnum diem geſta non ſunt, ſed biduum occupant; Quare nono die menſis Adar mortuus eſt Moyſes. Cepit, vt diximus, Neomenia Niſan anni vltimi

Octa-

Octaëteridis R. Samuelis Iarchinaï die decimo Martii, feriâ tertiâ : Adde modum mensium vndecim Lunarium, & dies nouem mensis Adar prioris, embolimæus enim est hic annus, cadet dies nonus Adar prioris in diem octauum Eidus Februarias anni Iuliani sequentis, feria septima : nam Cyclus Solis est quartus, litera Dominicalis C, cuius diei supremâ בעת המנחה imminente feria prima, siue die septimo Eidus Februarias, cœlo receptus est Moyses, quod optimè cum rationibus Iosephi conuenit, qui obitum eius confert in diem septimum Eidus Februarias, ineuntem nempe Iudaïcè ab occaso Sole. Adscribebant igitur olim Iudæi excessum Moysis diei nono mensis Adar, quod probat feriæ character: itaque olim scriptum fuisse coniicimus: בתשיעי באדר מת משה Immutarunt qui cùm natum accepissent die septimo mensis Adar, eodem quoque die denatum fuisse commenti sunt.

Capvt XX.

SRipserat Vir Illustris, anno Orbis conditi bismillesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, Periodi Iulianæ termillesimo ducentesimo decimo septimo, Israëlitas ex Ægypto migrasse, idque colligi è charactere feriæ Neomeniæ mensis Paschalis, quæ fuit quinta : Nam Exodi XVI. 1. Israëlitæ die quintodecimo mensis secundi peruenerunt in desertum Sin, & postridie manna pluere cepit: Septimus ab illo dies est Sabbatum, qui vicesimus

ſecundus ſecundi menſis numeratur : Ergo primus menſis cepit feria quinta, poſtridie Kalendas Aprileis, quo die, vt ex Alphonſinis Tabulis conſtat, æquinoctium vernum commiſſum eſt.

Aduerſus iſta diſputat nuperus ſcriptor Libro de Doctrina Temporum IX. cap. XXIII. Nam, inquit, vtrum eodem ipſo quintodecimo die murmurare populus ceperit, ac ſextodecimo die manna colligi ceptum ſit, Scriptura non indicat, neque prohibet vnum, alterumue diem, aut etiam plures interiectos credere: vt, exempli gratia, ſextodecimo, vel decimoſeptimo die populo murmurante, decimo octauo, vel decimo nono, aut altero, Deus manna depluerit. Negamus itaque, inquit, ex Moyſis verbis certo poſſe colligi Sabbatum cum viceſimo ſecundo menſis Iiar die concuriſſe. Quare characteriſmus ille φροῦδος οἴχεται.

Quod verò ad æquinoctium attinet, quoniam tardiſſimus tunc erat anni Tropici circuitus, ſub ipſum videlicet reuolutionis anomaliæ principium, quando anni modus eſt longè maximus, atque æquinoctiorum tardiſſima præceſſio, æquinoctium apparens in quintum Aprilis diem incidit, medium verò Aprilis ſexto, è Prutenicis Tabulis. E Pariſinis verò æquinoctium medium Aprilis quinto, hora XIII. 43′ contigit. Verùm autem Aprilis quarto, hora IV. 4′ poſt mediam noctem.

His diſputatis, inquit cap. XXIV. annus, quo Iſraëlitæ ex Ægypto migrarunt, cùm ſit mundi CIƆ CIƆ CCCCLIII, erit Periodi Iulianæ CIƆ CIƆ CIƆ

CLXXXIII. Cyclo Solis XIX. litera E, Lunæ X. Annus idem erat Iudaïcus currens cIↄ cIↄ CCXXX. cuius Tisri iniit anno Periodi Iulianæ cIↄ cIↄ cIↄ CLXXXII. Septembris die vicesimo quarto; Huius enim character fuit 3. 3. 1061. horis fere 4. à vespera die XXIII. Septembris, à qua Iudaïcè dies inchoatur. Additis sex mensibus Iudaïcis, hoc est, diebus 177. 4. 438. calculus desinet in Martij diem XX. Itaque Neomenia Nisan, Cyclo Lunæ X. cadit in Martij XX. 8. 419. cuius character erit 5. 8. 419, hora octaua cum dimidia post vesperam XIX. Martij. Plenilunium medium contigit Aprilis III. feria V. circa æquinoctium Alphonsinum, quæ est vetus Hebræorum traditio, secundum quam Paschalis quartadecima desinens in ipsum, quoad licet, æquinoctium cadere debuit, quod ex Anatolio, Aristobulo, & alijs in Animaduersionibus in Epiphanium ostendimus. Hæc igitur præclarè congruunt, nec minus & character ipse feriæ V. quadrat. Quanquam vtrum & æquinoctium πολιτικῶς per illud tempus in II. aut III. Aprilis competeret, & Neomenia Nisan XX. Martij tribuenda sit, an potius æquinoctium IV. vel V. Aprilis, Nisan XIX. eiusdem mensis inierit, affirmari sine periculo temeritatis non potest: imo probabilius est hoc ipsum, Nisan Aprilis circiter XIX. cepisse, feriâ VII. Quare anno illo Iudaïco cIↄ cIↄ CCXXX. septimi mensis character pro Nisan sumendus est, qui est 6. 21. 132. Neque enim hodierna Iudaïci anni forma Exodi tempore cognita fuit, sed ad Lunæ tantum methodum accommodatur. Ideo potuit

embolimæus annus tum eſſe, non communis: atque hæc ſunt probabiliora, quia veriſimilius eſt æquinoctium Aprilis IV. quam II. commiſſum fuiſſe: proindéq; ex veterum Hebræorum obſeruatione, ne ante æquinoctium Paſcha perageretur, Niſan in XIX. Aprilis eſſe coniectum. Hactenus nuperus ſcriptor. Verum in his quædam ſunt obſeruanda. Primo enim aſſerimus è Sacra Scriptura conſtare die quintodecimo menſis ſecundi, id eſt, Iiar, populum murmurare cepiſſe, ac proinde ſequenti die, qui fuit ſextus decimus Ijar feriâ primâ, manna pluiſſe ſequetur, & diem viceſimum ſecundum Iiar in Sabbatum incidiſſe inde colligetur: Primum illud habes ex interpretatione τῶν LXX. Exodi XVI. quia ita interpungunt: ἀπῆραν δὲ ἐξ Ελεὶμ, καὶ ἦλθον πᾶσα συναγωγὴ υἱῶν Ισραὴλ εἰς τὴν ἔρημον Σίν· ὅ ἐστιν ἀνὰ μέσον Ελεὶμ καὶ ἀνὰ μέσον Σινὰ, τῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ, τῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ, ἐξεληλυθότων αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, διεγόγγυσε πᾶσα συναγωγὴ υἱῶν Ισραὴλ ἐπὶ Μωϋσῆν καὶ Ααρών.

Contraria quoque ſcribit nuperus ſcriptor in Chronologia, qui Liber eſt totius operis XIII. ad annum Periodi Iulianæ cIↃ cIↃ cIↃ CLXXXIII. eius enim hæc ſunt verba, Octaua in deſerto Sin, vbi, farinâ deficiente, manna de cœlo pluit, & in caſtra coturnices illapſæ. Contigit hoc die ſextodecimo menſis ſecundi, qui eſt Iiar. feria prima, Maij quarto. Exodi XVI.

Secundò, adnotandum eſt, illum dicere annum ab Orbe condito bismilleſimum quadringenteſimum

quinquageſimum tertium eſſe Iudaïcum vertentem biſmilleſimum ducenteſimum triceſimum: Nam Iudæi teſtantur maiores ſuos ex Ægypto eductos fuiſſe anno ab Orbe condito biſmilleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo vertente: יבאו ממצרים בשנת אלפים ארבע מאות וארבעים ושמונה לבריאת עולם Quare quæcumque obſeruauit. Animaduerſor Epiphanius petita è modo anni Iudaïci biſmilleſimi ducenteſimi & triceſimi, accommodauitque ad annum Exodi, perdidit.

Tertiò, non eſt condonandum illi ἐναντίωμα, quod cùm probabilius Libro IX. dixerit eſſe, Niſan cepiſſe Aprilis circiter XIX. feria VII. quia veriſimilius eſt æquinoctium Aprilis IV. quam II. commiſſum fuiſſe, ſui tamen oblitus Lib. XIII. in Chronologia pronuntiat credibile eſſe popularem Neomeniam Martii XX. conſtitutam eſſe: ita vt decima quarta in Aprilis ſecundum diem inciderit, ac pleniluninm in æquinoctium ciuile, non cœleſte, conuenerit. Proinde Aprilis ſecundo die, feria IV. ad veſperam, vel Iudaïco more, appetente quinta feria, primum Paſcha celebratum eſt in vrbe Rameſſen.

Quartò aliud agit, cùm ſcribit ſecundum veterum Hebræorum traditionem Paſchalem quartam decimam deſinentem debere in ipſum, quoad licet, æquinoctium cadere, vt ex Anatolio, Ariſtobulo, aliiſque conſtat. Atqui ſi quarta decima deſinens incidit in æquinoctium, æquinoctium attribuetur quintæ decimę, ac proinde Paſcha comedetur ante

æquinoctium, cùm tamen certissimum sit Pascha comedendum fuisse post æquinoctium: nam Agathobuli duo, quos laudat Anatolius apud Eusebium, φασὶ δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός.

SAMVELIS PETITI
ECLOGÆ
CHRONOLOGICÆ
LIBER II.
DE CYCLIS SAMARITANORVM.

CAPVT I.

EDIDIT Vir Illustris Iosephus Scaliger Computum Samaritanorum, siue typum anni, qui conuenit anno Christi Dionysiano millesimō quingentesimo octagesimo quarto, Cairo in Galliam sibi missum, in hæc verba:

עבור שנה אהרד	COMPVTVS ANNI CCX.
חתמת הרשי שנת ז׳ בשמטה צמות אלחנה על י׳ שעות ופלג ועשת מן יום ב׳ ג׳ לנו ו׳ מן ארד ה׳ ל׳א	*Obsignatio mensium anni VII. in Semittah. Coniunctio Elhagiath super decem horas, & dimidium, & decimam à die secunda, tertia in sexta Adar V. XXX[illegible].*

צמות אלמחרם על ג׳ שעות
ופלג ועשר מן ליל ד לגו פסח
ד׳ מן ניסן א׳ ל׳

Coniunctio Muharram ſuper tres horas, & dimidium, & decimam à nocte quarta, in Phaſe quarta Niſan I. XXX.

צמות צפר על ו׳ שעות
ותלת ועשר מן ליל ו׳ לגו ד׳
מן איאר ג׳ ל׳א

Coniunctio Tzephas ſuper ſex horas, trientem, & decimam à nocte ſexta, in quarta Iiar III. XXXI.

צמות רביע על י׳ שעות
ותלתי עשר מן יום ז׳ א׳ לגו
ג׳ מן סבין ו׳ ל׳

Coniunctio Rabie ſuper decem horas, & triceſimam decimæ, à die ſeptima, prima, in tertia Sebin, VI. XXX.

צמות רביע על י׳א שעה
ותלתין ותלתי חמס מן ליל
ב׳ לגו ב׳ מן תמוז א׳ ל׳א

Coniunctio Rabie ſuper undecim horas, & triceſimam, & triceſimam quintæ, à nocte ſecunda in ſecunda Tamuz. I. XXXI.

צמות נמרי על י׳א שעה
ופלג ותלתי חמס מן יום ג׳ ד׳
לגו מן אב ד׳ ל׳א

Coniunctio Giumadi ſuper undecim horas, & dimidium, & triceſimam quintæ, à die tertia quarta in prima Ab. IV. XXXI.

ראש חדשי שנה ז׳
בשמטה הסכות

CAPVT NEOMENIARVM ANNI SEPT. IN SEMITTAH. Succoth.

צמות נמרי על ט׳ שעות
ותלתין מן ליל ה׳ לגו ל׳
מן אב ד׳ ל׳

Coniunctio Giumadi ſuper nouem horas, & triceſimam à nocte quinta, in triceſima, Ab. IV. XXX.

צמות רגב על ח׳ שעות
ותלת ותלתי חמס מן יום
ו׳ ז׳ לגו חג כ׳ט מן אילול
ז׳ ל׳

Coniunctio Regeb ſuper octo horas, & trientem, & triceſimam quintæ à die ſexta ſeptima in Solenni, decima nona Ilul. VII. XXX.

Coniun-

צמות שעבאן על ה׳ שעות ותלת ותלתי עשר מן ליל׳א לנו כ׳ח מן תשרי ב ל׳א	*Coniunctio Sahaben ſuper quinque horas, & trientem, & triceſimam quintæ à nocte prima in viceſima octaua Tiſri. II. XXXI.*
צמות רמצון על ה׳ שעות ותלתי עשר מן יום ב׳ לנו כ׳ו מן מרשבן ה׳ ׳ל	*Coniunctio Ramazum ſuper quinque horas, & triceſimam decimæ à die ſecunda in viceſima ſexta Marchesban. V. XXX.*
צמות שואל על ה׳ שעות ותלתי עשר מן ליל ה׳ לנו כ׳ו מן כסלים ז׳ ל׳א	*Coniunctio Scheuual ſuper quinque horas, & triceſimam decimæ, nocte quarta in viceſima ſexta Caslim. VII XXXI.*
צמות אלקעדה על ג׳ שעות ותלתין מן יום ה׳ לנו כ׳ד מן טיבת ג׳ ל׳א	*Coniunctio Elkadathi ſuper tres horas, & triceſimam à die quinta in viceſima quarta Tibeth. III. XXXI.*

אילול	*Ilul.*
תשרי	*Tiſri.*
מרחשבן	*Marchesban.*
כסלים	*Caslim.*
טבית	*Tebith.*
שבט	*Schebat.*
אדר	*Adar.*
ניסן	*Niſan.*
איאר	*Iiar.*
סבין	*Sebin.*
תמוז	*Thamuz.*
אב	*Ab.*
אדר שני	*Adar alter.*

Ilul.	XXIX. Augusti.	C.	September.
Tisri.	XXVIII. Septembris.	E.	October.
Marchesban.	XXIX. Octobris.	A.	Nouember
Caslim.	XXVIII. Nouembris.	C.	December.
Tebith.	XXIX. Decembris.	F.	Ianuarius.
Schebat.	XXIX. Ianuarij.	A.	Februarius.
Adar.	XXVI. Februarij.	A.	Martius.
Nisan.	XXIX. Martij.	D.	Aprilis.
Ijar.	XXVIII. Aprilis.	F.	Maius.
Sebin.	XXIX. Maij.	B.	Iunius.
Tamuz.	XXVIII. Iunij.	D.	Iulius.
Ab.	XXIX. Iulij.	G.	Augustus.
	Adar alter.		

Caput II.

Non possumus accedere sententiæ Viri maximi, sed aliud planè dicendum est: neque enim mensis *Ab* Samaritanorum respondet Augusto Iuliano: auctorem habemus B. Epiphanium, Hæresi XI. quæ est Sebuæorum Samaritanorum: πάτλοισι δὲ οὗτοι τὸν νέον μῆνα τῶν Ἀζύμων μετὰ τὸ νέον ἔτος, ὅπερ γίνεται ἐν τῷ μετοπώρῳ, τουτέστι μετὰ τὸν Θεσεὶ μῆνα, ὃς ΑΥγουστος παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται, Μεσορὶ δὲ παρὰ Αἰγυπτίοις. Hinc enim constat mensem *Tisri* respondere Augusto Iuliano, quemadmodum mensis Ægyptius *Mesori* eidem Augusto respondet. Mensis igitur *Ilul* (qui caput est anni Politici Samaritanorum propter religionem decimarum animantium, quæ inter præcipua diuini cultus capita erat apud Israëlitas, vt con-

ſtat è Libro Tobiæ : vnde Rab Alpheſi in Perek
ראש השנה ſcribit : ארבעה ראשי שנים הן : באחד בניסן
ראש השנה: באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה: באחד
בשבט ראש השנה) paria facit cum Iulio menſe Iulia-
no, eſtque annus Samaritanorum Iulianus Solaris:
quare menſes dicuntur ab illis *Romani* vt exempli
gratia in Epiſtolio Samaritanorum Damaſcenorum
ניסן רומי *Niſan Romanus* : שבט רומי: *Schebat Romanus.*
At tamen quarto quoque anno interkalarem diem
non habet, ſed, aut ego valde fallor, aut vtuntur Sa-
maritani Periodo annorum centum & viginti, atque
annum demum centeſimo & viceſimo interkalant
menſem diebus triginta explicatum; itaque hic habes
דאר שני *Adar alterum*, ſiue interkalarem : Sed tamen
miſerè turbati ſunt numeri dierum, quibus explican-
tur menſes Samaritanorum ; hæc eſſe videtur mihi
eorum ſeries.

Ilul.	XXXI.
Tiſri.	XXX.
Marcheſban.	XXXI.
Gaſlim.	XXX.
Tebith.	XXXI.
Schebat.	XXX.
Adar.	XXXI.
Niſan.	XXX.
Iiar.	XXXI.
Sebin.	XXX.
Tamuz.	XXXI.
Ab.	XXX.
Adar alter	XXX.

Quod vero attinet ad Periodi caput, qua vtuntur Samaritæ huius Computi auctores, conijcio repetendum esse ab anno tertio Hegiræ, cuius Mucharan cepit circa initia mensis Iulij anno Christi Dionysiano sexcentesimo vicesimo quarto: Ergo hæc fuit series & hic typus primi anni huius Periodi Samaritanorum, ceperuntque eorum menses in his mensium Iulianorum diebus.

PRIMVS. ANNVS PERIODI ANN. CXX. SAMARITANORVM.

Ilul.	I. Iulij.	Iulius.
Tisri.	I. Augusti.	Augustus.
Marchesban.	XXXI. Augusti.	September.
Caslim.	I. Octobris.	October.
Thebith.	XXXI. Octobris.	Nouember.
Schebat.	I. Decembris.	December.
Adar.	XXXI Decembris.	Ianuarius.
Nisan.	XXXI. Ianuarij.	Februarius.
Ijar.	II. Martij.	Martius.
Sebin.	II. Aprilis.	Aprilis.
Tamuz.	II. Maij.	Maius.
Ab.	I. Iunij.	Iulius.

Anno demum centesimo vicesimo cepit *Ilul* Kalendis Iunij, eoque anno interkalatus est *Adar alter*, isque annus cepit Kalendis Iunij anni Dionysiani millesimi quingentesimi octagesimi quarti: Sed in Computo habes menses etiam, qui præcedunt, ceperuntque his diebus:

Adar.	Kalendis Decembris.	December.
Niſan.	Kalendis Ianuarijs.	Ianuarius.
Ijar.	XXXI. Ianuarij.	Februarius.
Sebin.	III. Martij.	Martius.
Thamuz.	II. Aprilis.	Aprilis.
Ab.	II. Maij.	Maius.

Sequitur iam typus menſium anni Politici Samaritanorum centeſimi viceſimi.

Ilul.	Kalendæ Iunij.	Iunius.
Tiſri.	II. Iulij.	Iulius.
Marcheſban.	Kalendæ Auguſti.	Auguſtus.
Caſlim.	Kalendæ Septembris.	September.
Tebith.	Kalendæ Octobris.	October.
Schebat.	Kalendę Nouembris.	Nouember
Adar.	Kalendæ Decembris.	December.
Adar alter.	Kalendæ Ianuarij.	Ianuarius.
Niſan.	XXXI. Ianuarij.	Februarius.

Et qui ſequuntur hoc ordine menſes; itaque redit in orbem Periodus, interkalato *Adar altero.*

CAPVT III.

SENTENTIAM noſtram confirmat, quod habent Samaritani de menſibus Lunaribus, qui ſunt Hegiræ. Annus hic quippe Dionyſianus milleſimus quingenteſimus octageſimus quartus erat annus nongenteſimus nonageſimus ſecundus He-

giræ, cepitque Mucharran eo anno die quarto Ianuarij, feriâ ſeptimâ. Ergo menſis Elhagiath, qui præcedit, cepit ſexto die Decembris feriâ ſexta, anni Dionyſiani milleſimi quingenteſimi octageſimi tertij. Comparatur autem Neomenia Elhagiath cũ die ſexto Adar. Quare hic Adar cepit die primo Decembris anni milleſimi quingenteſimi octageſimi tertij: En autem Neomenias menſium Lunarium Hegiræ in diebus Iulianorum menſium Samaritanorum.

Elhagiath.	VI.	Adar.
Muharran.	IV.	Niſan.
Tſephar.	IV.	Ijar.
Rabie.	II.	Sebin.
Rabie.	II.	Thamuz.
Giumadi.	I.	Ab.
Giumadi.	I.	Ilul.
Regeb.	XXX.	Ilul.
Sahaben.	XXIX.	Tiſri.
Ramazun.	XXVIII.	Marcheſban.
Schevval.	XXVII.	Caſlim.
Elkadathi.	XXVI.	Tibeth.

Diximus menſes iſtos Lunares Hegiræ eſſe, non Samaritanorum, qui alios non habent quam Iulianos, vnde nomina menſium Lunarium ſunt etiam Hegiræ; Quare etiam tĩtulus præfert : עבור שנה אהרד Putat Vir Illuſtris literas has אהרד eſſe indices numeri CCX. Sed quare coucepiſſent numerum iſtum

ad hunc modum? Quænam etiam est illa epocha, à qua hunc ânnum numerant ducentesimum & decimum? Suspicer potius esse notariacon, ita vt הא sit אֻמּוֹת הָעוֹלָם referaturque ad עבור *Computus anni populorum seculi*, id est, eorum qui Samaritæ non sunt: duæ verò postremæ literæ רד coniungendæ sunt cũ sequentibus, &c. החמת חרשי שנה significantque רֵשִׁית דָּבָר *primò*.

Quanquam autem menses Samaritanorum proprij Iuliani essent, vsurpabant quoque Lunares Hegiræ: Nam ecce solenne *Paschatis* agitabant die quarto decimo mensis Lunaris in monte Garizim; & tamen festum *Azymorum*, quod Iudæi celebrant die quinto decimo sui mensis Nisan Lunaris, à Samaritanis non agitur nisi mense eorum Nisan Iuliano, idque eo primum die mensis, qui in feriam septimam, siue Sabbatum, cadebat: id volunt Samaritæ Damasceni in Epistola ad Iosephum Scaligerum quam nobiscum communicauit Vir nobilitate generis Illustris, dignitate Amplissimus, eruditionis fama Clarissimus Nicolaus Fabricius Peirescius. In ea Epistola postquam scripserunt Samaritani Solenne Paschatis celebrari die quarto decimo mensis in monte Garizim, addunt: אלא ער נרע אן ישיג יום אחר כין ניסן רומי ולו אלא שביע חג המצות נבו נחג: Sensus est: *Vbi vel primus mensis Nisan Iuliani dies illuxit, si cadat in feriam septimam, eo die festum Azymorum celebramus.* Annus, quo hanc Epistolam scripserunt Samaritani, erat nongentesimus nonagesimus octauus Hegiræ; ita enim in fine Epistolij legitur:

מן חדש שבט רגמי שנת שמונה ותשעים ותשע מאות למלכות בני ישמעאל בן הגר id est, *menſe Schebat Iuliano anno nongenteſimo nonageſimo octauo Regni Iſmaëlitarum.* Annus nongenteſimus nonageſimus octauus Hegiræ cepit die vltimo Octobris anni

ANNI HEGIRÆ.	CHRISTI.	DIES.	MIN.
998			
290	1581.	183.	0.
8.	8.	121.	7.
998.	1589.	304.	7.

milleſimi quingenteſimi octageſimi noni, feria ſexta, Cyclo Solis ſecundo, litera Dominicali E. Adde modulum menſium duorum: ergo tertius menſis cepit die viceſimo nono Decembris eiuſdem anni, feria ſecunda, die quarto decimo huius menſis, qui cadit in diem vndecimum Ianuarij anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi, feria prima, ſolenne *Paſchatis* agitatum eſt. Dies vero *Azymorum* dilatus eſt in diem ſecundum Niſam Iuliani, feria ſeptima, qui fuit dies triceſimus primus Ianuarij anni cIↄ Iↄ xc. Vertebat enim annus quintus Periodi Samaritanorum cuius *Ilul* cepit vltimo die Iunij anni Dionyſiani milleſimi quingenteſimi octageſimi noni, feria quarta; ac proinde Niſan cepit triceſimo die Ianuarij anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi, feria ſexta. Atque ex his colliges feſtum *Azymorum* nunquam incidiſſe poſt diem quintumdecimum Niſan Iuliani; quare eo anno, quo hanc Epiſtolam ſcripſerunt Samaritani *Paſcha*, celebratum eſt

est die quarto decimo Rabie prioris, quanquam Rabie prior inciderit in Adar Iulianum mensem, & Rabie posterior ceperit die tricesimo mensis Adar Iuliani, quia si quarto decimo die Rabie posterioris solenne *Paschatis* fuisset celebratum, qui dies cadebat in duodecimum mensis Nisan Iuliani, festum *Azymorum*, quod semper in Sabbatum differebatur, incidisset in diem sextum decimum mensis Nisan Iuliani, qui erat dies quartus decimus Februarii: Idem quoque docent exempla, quæ habes apud Scaligerum Libro III. Isagogicorum Canonum pag. 212. & 213. Atque etiam ex his lucem capiet, quod habes in Computo de Neomenia Muharran: פסח ד׳ מן ניסן Nam mense præcedenti, qui est Elhagiath, *Paschatis* solenne celebratum est, die vero quarto Nisan Iuliani, qui fuit feria septima, solenne *Azymorum* agitatum est, eoque ipso die fuit Neomenia Muharran.

CAPVT IV.

SVpersunt quædam à nobis, σὺν θεῷ, paullo accuratius expendenda, quia diuinare incepimus, de annis *Sabbaticis* Samaritanorum: cepit enim eorum annus *Sabbaticus* ab autumno anni Dionysiani millesimi quingentesimi octagesimi quarti. Neque hic audiendus est vir eruditissimus, qui putat repeti debere caput annorum *Sabbaticorum* à condito Templo in monte Garizim. Verum quidem est in Eusebiano Chronico ad annum secundum Olympiadis

centesimæ vndecimæ adnotari Manassem in monte Garizim Templum construxisse; sed peccatum est aliquot annorum prochronismo: Nam Olympiade demum centesima duodecima Sambelletes, qui fortem Alexandro Magno in oppugnatione Tyri nauabat operam, ab eo veniam petiit construendi in monte Garizim Templi, quod & impetrauit facillimè, vt habes apud Iosephum Lib. XI. cap. VIII. ex quo constat conditum fuisse anno quarto Olympiadis centesimæ duodecimæ. Si ab hinc numeres nunquam fiet, vt annus Dionysianus millesimus quingentesimus octagesimus quartus sit *Sabbaticus*. Præterea quis credat nullam à Samaritanis habitam fuisse annorum *Sabbaticorum* rationem ante conditum Templi in monte Garizim? Atqui horum annorum vsus obtinebat, non obtinente illo sacrificiorum, nec est in instituendis Samaritanis prætermissa, meo iudicio, ratio horum annorum *Sabbaticorum*, cùm vel maximè hoc cultu anni *Sabbatici* nullus ire posset ire inficias, quin pestis esset auerruncada à nouis terræ illius Cananitidis colonis. Narrat Sacra Lib. II. Regum cap. XVII. Historia, expugnatam fuisse Samariam à Salmanassare Assyriorum Rege, & deportatos fuisse Israëlitas in Mediam: Id accidit anno nono Hoseæ Regis Israël, qui erat sextus annus Regis Iudæorum Ezechiæ, idemque *Sabbaticus* Iudæorum, & ab Orbe condito termillesimus ducentesimus vicesimus septimus. Postquam autem Israëlitas Salmanassar è Cananitide expulit, in eandem colonias deduxit; atque ita Samaritæ conuenarum gentium fa-

cti sunt colluuies, quod nec ipsi olim negabant; aduersis quippe Iudæorum rebus neque se Hebræos esse, neque Iudæos vlla sanguinis necessitudine attinere palam profitebantur, vt auctor est Iosephus. Habemus igitur annum huius in Cananitidem terram deductæ Samaritanorum coloniæ, qui est, vt diximus, ab orbe condito termillesimus ducentesimus vicesimus septimus. Antequam autem assignati fuissent agri nouis colonis elapsus pæne videtur fuisse annus sequens. Vbi sedes suas fixas habuerunt Samaritani, immisit in illos Deus leones, qui nouos istos colonos interficiebant; itaque decreta est legatio ad Assyriorum Regem, vt certior huius rei fieret, qui edoctus ista accidisse, quia noui coloni Deum illorum locorum non colebant secundum patria instituta & imperatos ritus, iussit aliquem è Sacerdotibus Israëlitarum eò mitti, qui doceret Samaritanos ritus Dei illius regionis. Venit itaque Sacerdos, quem Epiphanius *Esdram* appellat: Iudæi vero *Rabbi Dustai*, quorum verba adscribenda sunt, quia faciunt maximè ad nostrum institutum: סנחריב שלח לכותיים דבי דוסתאי בר ינאי ללמדם תורה: *Sennacherib misit Cuthæis Magistrum Dusthai filium Iannæi ad docendum eos Legem.* Atque hic Sacerdos Samaritanos in Lege Moysis instituit, & exinde conuenæ illæ gentes Samaritani Cananitidem incoluerunt secundum Legis Moysis ritus, cuius non minimus erat obseruatio annorum *Sabbaticorum.* Nemini autem dubium esse potest, cùm Samaritani non potuerint fixas suas sedes habere in Cananitide ante annum termillesimum

ducentesimum vicesimum octauum, neque verisimile sit, vbi primum leones in Samaritanos irruerunt, eos legationem ad Assyriorum Regem decreuisse, sed postquam satis illis innotuit leones irruisse non temere non fortuitò, sed ex diuina vindicta καὶ θεηλάτως, ad annum termillesimum ducentesimum tricesimum ablegatum ad illos fuisse Sacerdotem, quem R *Dusthai* Iannæi filium appellant Iudæi, non autem prius, & certè aliquod annorum interuallum intercessisse à deducta colonia ad missum Sacerdotem, ea quæ interea loci facta sunt, & leguntur apud Iosephum Lib. IX. extremo, expresse testantur. οἱ δὲ μετοικισθέντες εἰς Σαμάρειαν Χουθαῖοι, ταύτῃ γὰρ ἐχρῶντο μέχρι δεῦρο τῇ προσηγορίᾳ. ἕκαστοι κατὰ ἔθνος ἴδιον Θεὸν εἰς τὴν Σαμάρειαν κομίσαντες, πέντε δ' ἦσαν, καὶ τούτους καθὼς ἦν πάτριον αὐτοῖς σεβόμενοι παροξύνουσι τὸν μέγιστον Θεὸν εἰς ὀργὴν καὶ χόλον. λοιμὸς γὰρ αὐτοῖς ἐνέσκηψεν, ὑφ' οὗ φθειρόμενοι καὶ μηδεμίαν τῶν κακῶν θεραπείαν ἐπινοοῦντες, χρησμῷ θρησκεύειν τὸν μέγιστον Θεὸν, ὡς τοῦτο σωτήριον αὐτοῖς ὂν ἔμαθον. πέμψαντες οὖν πρὸς τὸν Ἀσσυρίων βασιλέα πρέσβεις, ἐδέοντο ἱερεῖς αὐτοῖς ὧν ἔλαβεν αἰχμαλώτων τοὺς Ἰσραηλίτας πολεμήσας, ἀποστεῖλαι. πέμψαντος δὲ τὰ νόμιμα, καὶ τὴν περὶ τὸν Θεὸν τοῦτον ὁσίαν διδαχθέντες θρησκεύουσιν αὐτὸν φιλοτίμως. καὶ τοῦ λοιμοῦ παραχρῆμα ἐπαύσαντο. χρώμενοί τε τοῖς αὐτοῖς ἔτι καὶ νῦν ἤθεσι διατελοῦσιν, οἱ κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίων γλῶτταν Χουθαῖοι, καὶ κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων Σαμαρεῖται. Ergo anno termillesimo ducentesimo tricesimo missus est à Rege Assiriorum in Cananitidem vnus ex Israelitarum Sacerdotibus, idque à Sennacheribo, qui iam tum, vt

mihi videtur, rerum potiebatur. Atque edocti ab hoc Sacerdote Samaritani videntur ab anno ſequenti, qui erat annus ab Orbe condito termilleſimus ducenteſimus triceſimus primus, numerare incepiſſe annos *Sabbaticos:* Eſtque hic annus caput æræ annorũ *Sabbaticorum* apud Samaritanos. Atque iſta quidem ita fuerunt primitus conſtituta à Samaritanis, verùm vbi videri voluerunt γνήσιοι Iſraëlitæ, & Ioſephi poſteri, quemadmodum ſe eſſe gloriabantur, vt teſtatur Ioſephus loco proximè laudato, altiùs rem repetierunt, ſcilicet ab illo tempore, quo poſt Exodum ex Ægypto Iſraëlitæ miſſi ſunt in poſſeſſionem terræ Cananitidis, quanquam non ab eodem capite, à quo Iudæi ſuos numerant annos *Sabbaticos*; nam æram Iudæorum anteuertunt annis quatuor. Primus igitur annus, à quo annos ſuos Sabbaticos numerare incipiunt Samaritani, eſt ab Orbe condito bis milleſimus quadringenteſimus nonageſimus ſextus, qui erat quadrageſimus tertius ab Exodo: atque ita paria faciunt rationes vtriuſque æræ, & ſiue ab anno bis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, ſiue ab anno termilleſimo ducenteſimo triceſimo primo numeres, annus Chriſti Dionyſianus milleſimus quingenteſimus octageſimus quartus eſt *Sabbaticus*. Atque hinc demonſtratur quare Samaritanorum שמטה Semittah dicatur סְכּוֹת Aſſignata fuit Rubenitis, Gaditis, & Manaſſitarum parti regio *Galaad*, quæ erat trans Iordanem; idque factum ab ipſo Moyſe, ſub hac tamen Lege vt cum fratribus ſuis bellum inferrent populis illis,

qui erant cis Iordanem ; neque quicquam erat iuris Rubenitis, Gaditis, & Manaſſitis in hanc regionem *Galaad*, antequam præſtitiſſent quod à Moyſe fuerat imperatum Numeror. XXXII. Regionis autem *Galaad* tractus nobiliſſimus videtur fuiſſe סכות *Succoth*, certè eius nomine tota regio *Galaad* intelligitur, vt Pſalmo LX. 8. Quando igitur Samaritani appellant ſuam Semittah שמטה סכות intelligi volūt tempus illud, à quo primum coli, vt quæ optimo iure, cepta eſt regio *Galaad* à Rubenitis, Gaditis, & Manaſſitis, quaſi exinde etiam annos *Sabbaticos* numerare cepiſſent Rubenitæ, Gaditæ, & Manaſſitæ; Tempus autem iſtud non fuit ante annum Orbis conditi bismilleſimum quadringenteſimum nonageſimum ſextum: Nam anno bismilleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto vertente, menſe Niſan, Iordanem traiecerunt, quod ſupererat anni illius & annum ſequentem militauerunt fratribus ſuis Rubenitæ, Gaditæ, & Manaſſitæ, vt ita Legem ſibi à Moyſe dictam præſtitiſſe dici poſſent. Quare ab anno bismelleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto ceperunt Rubenitæ, Gaditæ, & Manaſſitæ optimo iure colere regionem *Galaad*, exinde igitur Samaritani caput æræ ſuorum annorum *Sabbaticorum* inſtituerunt.

SAMVELIS PETITI
ECLOGÆ
CHRONOLOGICÆ
LIBER III.
DE CYCLIS PASCHALIBVS CHRISTIANORVM.

CAPVT I.

SVMMA animorum contentione καὶ ἀμετρία τῆς ἀθολκῆς disputatum est à veteribus Christianis de Paschatis celebrandi ratione, cùm tamen fuiſſet tempus, quo vniuerſus orbis Chriſtianus eodem die feſtum iſtud perageret, nempe quamdiu fuerunt Hierosolymis Epiſcopi è circumciſione. Epiphanius Hæreſi LXX. quæ eſt Audianorum. Καὶ ἦν ἁπλῶς φύρσις πολλὴ καὶ κάματος, ὡς πολλοῖς φιλολόγοις οὐκ ἄγνωστον, ἐν πόσοις καιροῖς θόρυβος ἐκινεῖτο ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ κηρύγματι περὶ τοῦ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα ζητήματος· ἔν τε χρόνοις Πολυκάρπου, καὶ

Βίκτωρος, ὡς ἡ ἀνατολὴ πρὸς τὴν δύσιν διαφερομένη, εἰρηνικὰ παρ' ἀλλήλων οὐκ ἐδέχοντο. ἐν ἄλλοις καὶ ὅσοις καιροῖς, ἔν τε χρόνοις Ἀλεξάνδρου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ Κρισκεντίου· ὡς πρὸς ἀλλήλους εὑρίσκονται ἕκαστος αὐτῶν γράφοντες καὶ διαμαχόμενοι, ἕως τῶν ἡμετέρων χρόνων, ἐξ ὅτου ἐταράχθη μετὰ τὸν χρόνον τῶν ἐμπεριτόμων Ἐπισκόπων οὕτως ἐφέρετο. & paulo post: ἅμα γὰρ καὶ πεντεκαίδεκα Ἐπίσκοποι γεγόνασιν ἐκ περιτομῆς, καὶ ἐχρῆν τότε τῶν Ἐπισκόπων ἐκ περιτομῆς ὄντων ἐν Ἱερουσαλὴμ καθεσταθέντων τὸν πάντα κόσμον τούτοις συνέπεσθαι, καὶ μετ' αὐτῶν ἐπιτελεῖν, ἵνα μία τις γένηται συμφωνία, καὶ μία ὁμολογία, μία ἑορτὴ ἐπιτελουμένη. Quindecim hi è circumcisione Episcopi Hierosolymorum præfuerunt ad annum vsque decimum nonum Hadriani Imperatoris: nam ad hunc annum scribit Eusebius in Chronico: *Hierosolymæ primus ex gentibus constituitur Marcus, cessantibus his, qui fuerant ex Iudæis.* Post Hadriani igitur & Episcoporum Hierosolymitanorum ex circumcisione tépora in partes scissa est Ecclesia Christiana, & Pascha celebratum est diuersè à diuersis: Quod primo quidem factum est sine vlla animorum offensione, immota manente omnium charitate: Verùm postea res in neruum erupit, καὶ εἰρηνικὰ παρ' ἀλλήλων οὐκ ἐδέχοντο, inquit Epiphanius: Auctor fuit Victor Romanus Pontifex, ingratijs aliorum plurimorum Episcoporum etiam idem cum Victore sentientium, atque in primis nostratis Irenæi Lugdunensis: Hinc variæ à variis scriptæ Octaëterides Paschales, de quibus, vbi commoda se offeret occasio, Deo dante, agemus. Recruduit postea malum

lum iſtud, vt habet Epiphanius, ἔν τε χρόνοις Ἀλεξάνδρου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ Κρισκεντίου. Nullus Alexandrinorum Epiſcoporum, quorum nomina leguntur in Euſebij & Hieronymi Chronico, *Alexandri* nomine cenſetur, omnes autem pertexuerunt, ſolo quinto prætermiſſo, qui etiamſi *Alexander* appellaretur, nihil tamen ad hanc rem faceret: Nam Hymenæus, qui ſextus præfuit Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, eſt coæuus Epiſcoporum Hieroſolymitanorum ex circumciſione: Longè igitur ante orta de Paſchate diſſidia, nedum Victoris Romani iurgia, quæ ſopita denuo excitata ſunt, vt auctor eſt Epiphanius, ἔν τε χρόνοις Ἀλεξάνδρου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ Κρισκεντίου. Quis eſt igitur hic *Alexander*? Dicam liberè quod conijcio: Sola interpunctione, qua laborat, videtur adiuuandus hic locus: Diſtingo ergo ad hunc modum: ἐν τε χρόνοις Ἀλεξάνδρου, Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ Κρισκεντίου. Epiſcopus Alexandriæ, quocum Creſcentio fuerunt rixæ & controuerſia de Paſchate celebrando, non hic nominatur; ſed tempus adſcribitur *Alexandri*, quo imperante controuerſum eſt acriter inter Alexandriæ Epiſcopum atque Creſcentium de Paſchatis feſtiuitate: *Alexander* igitur, cuius meminit hic Epiphanius, Imperator eſt, Mammeæ Filius, quo imperante de Paſchate celebrando repetitam fuiſſe controuerſiam, nemini poteſt eſſe dubium ex edita ab Hippolyto Epiſcopo Paſchali Heckædecaëteride, vt obuiam iretur omnibus iurgiis, cuius Heckædecaëteridis caput eſt & titulus ab anno primo

huius Imperatoris *Alexandri*. Sed acriores fuerunt rixæ inter Epiſcopum Alexandrinum, is eſt vel Demetrius, vel Heracleas, & inter Creſcentium: itaque illorum nominatim meminit: Fuit igitur ἔν τε χρόνοις Ἀλεξάνδρου θόρυβος, ſiue διαφορὰ, ita omnino ſubintelligendum videtur è ſuperioribus, Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ Κρισκεντίου.

Capvt II.

ILLVSTRARVNT viri magni luculentam illam Hippolyti Epiſcopi Inſcriptionem, qua eius Heckædecaëteris deſcribitur, ex eodem nos etiam, Deo dante, aliquod attollere lumen, eidémque præferre conabimur:

ΕΤΟΥϹ. Α. ΒΑϹΙΛΕΙΑϹ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ. ΕΓΕΝΕΤΟ. Η. ΔΙ. ΤΟΥ. ΠΑϹΧΑ. ΕΙΔΟΙϹ. ΑΠΡΕΙΛΙΑΙϹ. ϹΑΒΒΑΤΩ. ΕΜΒΟΛΙΜΟΥ. ΜΗΝΟϹ. ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΕϹΤΑΙ. ΤΟΙϹ. ΕΞΗϹ. ΕΤΕϹΙΝ. ΚΑΘΩϹ. ΥΠΟΤΕΤΑΚΤΑΙ. ΕΝ. ΤΩ. ΠΙΝΑΚΙ. ΕΓΕΝΕΤΟ. ΔΕ. ΕΝ. ΤΟΙϹ. ΠΑΡΩΧΗΚΟϹΙΝ. ΚΑΘΩϹ. ϹΕϹΗΜΕΙΩΤΑΙ. ΑΠΟΝΗϹΤΙΖΕϹΘΑΙ. ΔΕ. ΔΕΙ. ΟΥ. ΑΝ. ΕΜΠΕϹΗ. ΚΥΡΙΑΚΗ.

EM.	ΕΙΔΟΙϹ ΑΠΡΕΙ.	Z	S ΕϹΔΡ. ΚΑΤΑ ΔΑΝ. ΚΑΙ ΕΡΗΜΩ.	E	Δ	ΓΒΑ
	ρ Π.Δ.ΝΩ. ΑΓΡΕΙ.	Δ ΓΕΝ. XI.	Γ	B	A	ZSE
ρ Π.ΙΒ. SS.	ρ Γ.ΙΑ.ΚΑ. ΑΠΡΕΙ.	A ΕΖΕ-ΧΙΑϹ.	Z	S ΙΗΩ ΧϹ.	E	ΔΓΒ
EM.	ρ Π.Ε.ΕΙ. ΑΓΡΕΙ.	Z ΙΩϹΕ-ΙΑϹ.	S	E	Δ	ΓΒΑ
	ρ Π.Δ ΚΑ. ΑΠΡΕΙ.	Δ	Γ	B	A	ZSE
	ρ Γ.ΙΕ.ΚΑ. ΑΓΡΕΙ.	A	Z ΕΖΕΧ. ΚΑΤΑ ΔΑΝ. ΚΑΙ ΙΩϹΕΙΑϹ.	S	E	ΔΓΒ
SS. EM.	ΝΩΝΑΙϹ ΑΠΡΕΙ.	Z	S	E	Δ ΙΗϹ. ΚΑ. ΔΑ.	ΓΒΑ
	ρ Π.Η.ΚΑ. ΑΠΡΕΙ.	Δ	Γ	B	A	ZSE
EM.	ΕΙΔΟΙϹ ΑΠΡΕΙ.	Γ	B	A	Z	SEΔ
	ρ Π.Δ.ΝΩ. ΑΓΡΕΙ.	Z	S	E	Δ	ΓΒΑ ΕΖΟ ΔΟϹ
ρ Π.ΙΒ.	ρ Γ.ΙΑ.ΚΑ. ΑΠΡΕΙ.	Δ	Γ	B	A	ZSE
EM.	ρ Π.Ε.ΕΙ. ΑΠΡΕΙ.	Γ	B	A	Z	SEΔ ΕΝ ΕΡΗ ΜΩ.
	ρ Π.Δ.ΚΑ. ΑΠΡΕΙ.	Z	S	E	Δ	ΓΒΑ
	ρ Π.ΙΕ ΚΑ. ΑΓΡΕΙ.	Δ	Γ	B	A	ZSE
SS. EM.	ΝΩΝΑΙϹ ΑΓΡΕΙ	Γ ΕΖΟΔ. ΚΑΤΑ ΔΑΝ.	B	A	Z	SEΔ ΕϹ-ΔΡΑ
	ρ Π.Η.ΚΑ. ΑΠΡΕΙ.	Z	S ΠΑΘΟϹ XI.	E	Δ	ΓΒΑ

Habes hâc Tabellâ Cyclum Paſchalem ſeptem Heckædecaeteridum, qui ab Hippolyto inſtitutus eſt, quo, non tantum in eundem menſis diem recurrit quartadecima Niſan, quod fit Octaeteride, ſed etiam in eandem feriam; Eccam tibi.

ANI. HECKÆDECA-ETERIDIS.	ANNI QVALITAS	DIES. IN. QVEM. CADIT. XIV.	FERIÆ. IN. QVAS CAD. XIV. NIS. I. HECK.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
I.	Embol.	XIII. Aprilis.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
II.		II. Aprilis.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
III.	Biſſext.	XXI, Martij.	I.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.
IV.	Embol.	IX. Aprilis.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
V.		XXIX. Martij.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
VI.		XVIII. Martij.	I.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.
VII.	Biſſext. Embol.	V. Aprilis.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
VIII.		XXV. Martij.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
IX.	Embol.	XIII. Aprilis.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.	IV.
X.		II. Aprilis.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
XI.	Biſſext.	XXI. Martij.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
XII.	Embol.	IX. Aprilis.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.	IV.
XIII.		XXIX. Martij.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
XIV.		XVIII. Martij.	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
XV.	Biſſext. Embol.	V. Aprilis.	III.	II.	I.	VII	VI.	V.	IV.
XVI.		XXV. Martij.	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.

Primus annus Cycli harum Heckædecaëteridum Paſchalium cadit in primum annum imperij Alexandri Mammeæ Filij. Habes in huius Inſcriptionis fronte ἔτους α βασιλείας Ἀλεξάνδρου Αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ΔΙ τοῦ Πάσχα εἰδοῖς Ἀπριλλίαις σαββάτῳ, ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου. Idémque in altero latere: ἔτει Ἀλεξάνδρου Καίσαρος τοῦ α ἀρχή. Euſebius Hiſtoria VI. cap. XXII. τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων, μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ τὸ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα, ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἑκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεὶς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. E quibus verbis (nam capite præcedenti ſcripſerat Euſebius Alexandrum Imperatorem factum fuiſſe.) liquido conſtat de ætate Hippolyti, floruit nempe Alexandro Mammeæ Filio imperante. Quod autem præſcribit frons huius Inſcriptionis, primum Periodi Heckædecaëteridum Hippolyti annum fuiſſe primum Alexandri, Chriſti Dionyſianum ducenteſimum viceſimum ſecundum, verum eſt: Nam vt Quartadecima Luna incidat in Eidus Apriles Sabbato, eo ſeculo non potuit contingere, niſi anno Chriſti Dionyſiano ducenteſimo viceſimo ſecundo, numero aureo XIV. Cyclo Solis VII. litera Dominicali F. vt optimè obſeruat vir Illuſtris: Nihil autem noui ad hanc rem attulit Hippolytus, vt aliquid in emboliſmis, aut Neomenijs immutauerit atque innouauerit, ſed propter aliquam feriarum ſeriem à ſe in duabus Octaëteridibus deprehenſam & obſeruatam, ex Octaëteride Heckæ-

decaëteridem fecit. Habebant igitur antiquiores illam Octaëteridem, quam ab iis accepit, nec interpolauit Hippolytus. Eiusque Octaëteridis titulus & epocha fuit, si quid iudico, ab anno Natali Domini nostri Iesu Christi. Id vt coniiciamus facit hæc Periodus Heckædecaëteridum Hippolyti: Nam primus Octaëteridis annus is est, quo vertente natus est Dominus, nimirũ annus ab Orbe condito termillesimus nongentesimus quadragesimus septimus. Id liquebit, si ab hoc anno termillesimo nongentesimo quadragesimo septimo numeres ad annum Dionysianum ducentesimum vicesimum primum, vtroque termino incluso, sunt enim anni ducenti viginti quatuor; quos si per Octaëterides diuidas, nulli anni reliquantur, sed sunt viginti octo Octaëterides integræ, siue quatuordecim Heckædecaëterides, siue duæ septem Heckædecaëteridum Periodi: Anno vero ducentesimo vicesimo secundo Dionysiano noua cepit Octaëteris: Diximus in superioribus annum, quo in crucem actus est Dominus, fuisse quintumdecimum Tiberij vertentem, duobus Geminis Coss. vicesimum nonum Dionysianum, ab Orbe condito termillesimum nongentesimum septuagesimum octauum, Cyclo Solis X, literâ Dominicali B. Eundem annum Passionis Dominicæ habes in hoc Hippolyti laterculo: nam anno vltimo secundæ Heckædecaëteridis adscribitur Lectio ΠΑΘΟC. XΥ., quo anno Quartadecima Nisan cadebat in diem vicesimumquintum Martij, feria sexta, quia nempe feria sexta, vicesimo quinto Martij die Christus in crucem

actus est, quod fieri non potuit, nisi litera Dominicali B. hoc est, hoc anno termillesimo nongentesimo septuagesimo octauo: & certè ab anno termillesimo nōgentesimo quadragesimo septimo ad annum termillesimum nongentesimum septuagesimum octauum, anni sunt, vtroque termino incluso, triginta duo. Quare optimè annus vltimus secundæ Hec-kædecaëteridis, siue tricesimus secundus, is dicitur, quo celebratur τὸ πάθος Χριστοῦ, quia anno vltimo secundæ Heckædecaeteridis, siue tricesimo secundo, ab anno suo Natali, in crucem actus est Dominus, feria sexta, die Marttj vicesimoquinto. Quanquam in eo non sumus, vt existimemus Iudæos vsos esse hac Octaeteride, non enim anno, quo passus est Dominus, omnes Iudæi Pascha comederunt vicesimo quinto Martij die, perinde ac si is dies esset Quartadecima Nisan; imo contra ex Historia Euangelica constat Quartam decimam Nisan incidisse tunc in diem præcedentem, eo itaque Christus Pascha comedit: At vero Pontifices & plerique ceteri in diem vicesimum quintum Martij distulerunt, σάββατον μίαν ἡμέραν ποιοῦντες δι' ἰσημερίαν. Nam Iudæi diligenter hoc cauebant, vt iam ante diximus, ne in comedendo Paschate æquinoctiū vernum anteuerterent; quod tamen cauere non potuissent, si hac vsi fuissent Octaeteride: Tamen ea vsos fuisse Iudæos ante tempora Christi, etiam ab ipsa Exodo, veteribus videtur Christianis persuasum; & certè, vt numerabant veteres, quorum Chronologiam vide apud Clementem Alexandrinum, ab Exodo ad Christi Natalem annum intercesserunt,

ἀρτίως centum nonaginta nouem Octaëteridis, & annus Christi Natalis est primus ducētesimæ Octaëteridis. Anno enim ab Orbe condito, vt numerant, termillesimo octingentesimo quarto contigit Exodus ab Egvpto. Ab Exodo ad Babylonicam captiuitatem sub Sedekia alij annos numerant octingentos nonaginta duos, alij vero mille & quinque: Quibus adde annos quingentos octoginta septem ad annum vsque quadragesimum primum Augusti, eo excluso. Quare erunt anni mille quingenti nonaginta duo ab Exodo Hebræorum ad annum, quo vertente natus est Dominus, ac proinde sunt Octaëterides centum nonaginta nouem: Cepitque Octaëteris ducentesima anno Natali Domini. Quanquam non videtur ante tempora Christi Octaëteridis caput fuisse hic annus primus, quo Pascha incidebat in Eidus Aprileis, ex Hippolyti quidem sententia: Nam huic interuallo, quod est ab Exodo ad Babylonicam captiuitatem mille & quinque annorum, annos præterea tres largiebatur de suo noster Hippolytus, vt apud Georgium habes; Ιεχονίας, ὁ καὶ Ιωακείμ, μῆνας γ'. ἄλλοι δὲ ἔτη γ, ὡς καὶ ἱερὸς Ιππόλυτος. Fiunt igitur anni mille & octo, quibus adde annos quingentos octoginta septem, exsurget summa annorum mille quingentorum nonaginta quinque; quibus per octo diuisis tres reliquantur. Sequens igitur annus, qno vertente natus est Dominus, erat quartus Octaëteridis ducentesimæ, ex Hippolyti sententia; sed primus à Christianis factus est in honorem Christi: Hinc factum, vt

ei adſcribatur Lectio γένεσις Χειστοῦ, eoque lubentius, quod non deeſſent qui natum Chriſtum aſſererent menſe Aprili. Statuebat igitur Hippolytus, meo iudicio, caput Octaëteridis ab Exodo ad Chriſtum annum qui nunc ſextus eſt. Ab anno vero Natali Chriſti primus Octaëteridis factus eſt, qui olim quartus fuerat. Quod autem attinet ad Lectiones illas, quæ in cellulis areæ Laterculi includuntur, nouem illæ omnino ſunt, ΓΕΝΕCΙC. ΧΡΙCΤΟΥ.: ΕΖΕΧΙΑC.: ΙΩCΕΙΑC.: ΕΞΟΔΟC.: ΚΑΤΑ ΔΑΝΙΗΛ.: ΕCΔΡΑC.: ΕΝ. ΕΡΗΜΩ.: ΠΑ-ΘΟC. ΧΡΙCΤΟΥ.: ΙΕCΟΥC. Harum vna, ſcilicet: ΠΑΘΟC. ΧΡΙCΤΟΥ, non legebatur vno quoque anno, quo quarta decima Niſan incidebat in diem viceſimum quintum Martij, ſed eo tantum, quo viceſimus quintus Martij dies erat feria ſexta, in memoriam Chriſti, qui illo ipſo die & feria paſſus fuerat. Ceteræ Lectiones octo ſunt deſtinatæ, ſingulæ ſingulis Octaëteridis annis: Atque vt dicam quod ſentio, anno primo, quo quarta decima Niſan cadit in Eidus Apri1eis, legitur ΓΕΝΕCΙC. ΧΡΙCΤΟΥ, quia, vt iam diximus, Chriſtus à veteribus credebatur natus anno, quo Quartadecima Niſan fuit Eidibus Aprilibus, volebantque nonnulli natum eſſe menſe Aprili: ΕΞΟΔΟC eſt Lectio anni ſexti, quo Quartadecima Niſan fuit decimo octauo Martij die: Is enim annus olim erat caput Octaeteridis: Quare & anno ſequenti adſignanda eſt Lectio ΕΝ ΕΡΗΜΩ. Quod vero ad Lectionem ΙΗCΟΥC (eadem eſt, ſed corruptè à

quadratario ſcripta ΙΗΩΧC.) attinet, nulli dubitamus verè retuliſſe Illuſtrem Scaligerum ad Iohannis caput XIII. & eſſe anni tertij ſuſpicamur, quo Quarta decima Niſan eſt viceſimo primo, vel viceſimo ſecundo Martij die: Nam non defuerunt è veteribus, qui Chriſtum paſſum aſſererent viceſimo tertio Martij die. Lectio ΙΩCΕΙΑC eſt anni ſecundi, cuius Quartadecima Niſan cadit in diem ſecundum Aprilis: Nam Ioſias celebrauit Paſcha anno imperij ſui decimo octauo, qui erat nongenteſimus ſeptuageſimus tertius: Ergo erat annus quintus centeſimæ viceſimæ ſecundæ Octaeteridis: At quia mutauit ab anno Natali Domini caput Octaeteridis, annus ille quintus factus eſt ſecundus, quo Paſcha celebrabatur ſecundo Aprilis die. ΕΖΕΧΙΑC eſt Lectio anni quarti, cuius Quartadecima Niſan eſt nono Aprilis die. Ezechias Paſcha celebrauit, antequam vaſtities Iſraelis veniret: Venit autem anno quarto Ezechiæ ineunte: Ergo ante annum imperii ſui quartum hoc Paſcha celebrauit Ezechias. Rurſum anno primo Ezechiam non potuiſſe celebrare tam ſolemne Paſcha nemo dubitabit, qui attentius Sacram Hiſtoriam expendet. Quare exiſtimamus hoc Paſcha celebratum fuiſſe ab Ezechia anno ſecundo, qui eſt octingenteſimus ſeptuageſimus primus ab Exodo: Eſt ergo annus ſeptimus Octaeteridis, qui à Natali Chriſti factus eſt quartus Octaeteridis, & Paſcha celebratum eſt nono Aprilis die. ΚΑΤΑ ΔΑΝΙΗΛ eſt Lectio anni quinti, cuius Quarta decima Niſan cadit in viceſimum nonum

diem Martij: Oratio enim illa habetur anno primo Dari; Nabonidi: Ab Exodo autem ad Babylonicam captiuitatem ſunt anni mille & octo ex Hippolyti ſententia. Annus vero primus Darij Nabonidi eſt triceſimus ſecundus à captiuitate ſiue milleſimus quadrageſimus ab Exodo: Eſt igitur annus octauus centeſimæ triceſimæ Octaëteridis, qui factus eſt à nato Chriſto quintus, eiuſque Quartadecima Niſan fuit die viceſimonono Martij. ECΔPA eſt Lectio anni octaui, cuius Quartadecima Niſan eſt viceſimo quinto Martij die: Nam à captiuitate ad Darij Nothi annum ſextum, quo celebratum eſt Paſcha Eſdræ VI. anni ſunt centum ſeptuaginta & vnus: ab Exodo ad captiuitatem mille & octo: Vnde exurgit numerus annorum mille centum ſeptuaginta & nouem: Quare eſt annus tertius centeſimæ quadrageſimæ octauæ Octaeteridis, qui factus eſt octauus, ex quo ſeries illius, nato Chriſto, mutauit.

CAPVT III.

HECKÆDECAETERIDEM Cycli Paſchalis poſtquam dedit in vulgus Hippolytus Epiſcopus, vitium illius deprehenſum eſt: Nam anno quartodecimo primæ Heckædecaëteridis Hippolyti, rurſum anno ſexto quintæ, Paſcha Chriſtianorum incidebat in ipſam æquinoctij verni ſedem, quæ tunc erat viceſimus ſecundus Martij dies: Anno vero ſexto tertiæ, & quartodecimo ſextæ Heckædecaëteridis, incidebat ante æquinoctium vernum, nempe in diem vi-

ceſimum Martij: Rurſum denique anno ſexto quartæ,& quartodecimo ſeptimæ Heckædecaeteridis, cadebat Paſcha Chriſtianorum ante æquinoctium vernum in diem viceſimum primum Martij. Cùm igitur argueretur hæc Octaëteris Hippolyti, nec ritè ſecundum hunc Cyclum Paſcha à Chriſtianis poſſet celebrari; cauebatur enim vetuſtiſſimo Canone, ne Paſcha ante æquinoctium vernum, cuius ætate Hippolyti ſedes fuit dies viceſimus ſecundus Martij, celebraretur: Εἴ τις Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχατος ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω. Octaeteridem hanc Hippolyti correxit Dionyſius Alexandrinus, qui ſub Decio, & Valeriano floruit, & ſcripſit, referente Euſebio Hiſtor. Libro VII Fecit igitur annum Octaeteridis è communi embolimęum, ne Paſcha à Chriſtianis ante æquinoctium vernum, id eſt, ante viceſimum ſecundum Martij diem, celebraretur; id teſtantur ἑορταστικαὶ Dionyſij ipſius Epiſtolæ, de quibus Euſebius ζυτων, τὴν μὲν, Φλαυίῳ προσφωνῶν· τὴν δὲ, Δομετίῳ, καὶ Διδύμῳ. ἐν ᾗ καὶ κανόνα ἐκτίθεται ὀκταετηρίδος, ὅτι μὴ ἄλλοτε, ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκει Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν παριστάμενος. Correxit igitur Octaëteridem Hippolyti Dionyſius Alexandrinus, & annum illius quintum, qui communis erat embolimæum fecit. Quod ab illo quando ſit factum inueſtigemus. Canonem hunc ſuę Octaeteridis ſcripſit Dionyſius ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ, vt auctor eſt Euſebius, idque Valeriani, non Decij; liquet è ſerie & contextu Hiſtoriæ Euſebij, ſed & rebus ipſis comprobamus. Non enim ἐπὶ

τοῦ διωγμοῦ Decij ſcripſiſſe conſtat; nulla quippe offerebatur occaſio, cùm nullo eorum annorum, qui intercesſerunt ab anno primo Alexandri ad tempora Decij, & inſecutis quoque ad annum Chriſti Dionyſianum ducenteſimum quinquageſimum nonum vſque, Paſcha Chriſtianorum anteuerterit ſedem æquinoctij verni, hoc eſt, diem viceſimum ſecundum Martij. Quare Dionyſius Alexandrinus nonniſi ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ Valeriani correxit Octaeteridem Hippolyti, & nouam præſcripſit. Valerianus autem in Chriſtianos perſecutionem mouit anno Chriſti ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, vt habes in Chronico Euſebij, nec ante, vt eſt auctor idem Euſebius, annum Chriſti ducenteſimum atque ſexageſimum, *Valeriano in Perſas ducto, Gallienus noſtris pacem reddidit.* Cepit vero Periodus Heckædecaeteridum Hippolyti anno primo Alexandri, ſiue anno Chriſti Dionyſiano ducenteſimo viceſimo ſecundo: Exinde ſi numeres, annus ducenteſimus quinquageſimus nonus eſt triceſimus octauus Periodi ſeptem Heckædecaeteridum Hippolyti, ſiue annus ſextus tertiæ Heckædecaeteridis, quo anno quartadecima Niſan incidebat in diem decimum octauum Martii, feriâ ſextâ, ac proinde Paſcha à Chriſtianis celebrabatur ſequenti Dominica, quæ erat dies viceſimus Martii; vnde Paſcha Chriſtianorum anteuertebat æquinoctium vernum, cuius ſedes erat ea tempeſtate dies viceſimus ſecundus Martii Quod non tulit Dionyſius Alexandrinus, vt qui ſciret ὅτι μὴ ἄλλοτε, ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν

προσήκει Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν. Correxit itaque Octaeteridem Hippolyti, & annum quintum, vt Pascha Christianorum anno sexto in diem vicesimum Martii caderet, è communi embolimæum fecit Dionysius; atque exinde exsurgit Octaeteris Dionysii, & primus annus illius est annus Christi Dionysianus ducentesimus quinquagesimus octauus, siue annus quintus Heckædecaeteridis Hippolyti: cuius en Laterculum.

ANNI Christi.	ANNI OCtaeteridis.	ANN. QVAlitas.	DIES QVARTÆ decimę Nisan.
258.	I.	Embol.	XXIX. Martij.
259.	II.	Bissext.	XVII. Aprilis.
260.	III.		V. Aprilis.
261.	IV.	Embol.	XXV. Martij.
262.	V.		XIII. Aprilis.
263.	VI.	Bissext.	II. Aprilis.
264.	VII.	Embol.	XXI. Martij.
265.	VIII		IX. Aprilis.

Quamdiu autem obtinuerit ista Dionysii Octaeteris, in sequentibus, Deo dante, disputabimus.

CAPVT XX.

CVM intra annos octo præcisè non fieret ἀποκατάστασις, sed labes aliqua accederet rationibus Lunæ, Alexandrini, qui præ ceteris videntur huius rei peritiores fuisse, rem Græcis aliisque longè ante

illa tempora vsurpatam Enneadecaeteridem in Ecclesiam intulerunt, atque construxerunt, vt illius beneficio Pascha, celebrandum μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, inuestigarent. Primus, quem noui, qui inter Christianos Enneadecaeteridem publicarit, fuit Anatolius Alexandrinus, vir nunquam satis laudatus, cuius verba ἐκ τῶν περὶ τοῦ Πάσχα κανόνων sunt adscribenda. Ea habentur apud Eusebium Historia VII. ἔχει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνός· ἥτις ἁπάσης ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐννεαδεκαετηρίδος, τῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι, κατὰ δὲ τοὺς Μακεδόνων μῆνας, Δύστρου δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι· ὡς δ' ἂν εἴποιεν Ῥωμαῖοι, πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλλίων. εὑρίσκεται δὲ ὁ ἥλιος ἐν τῇ προκειμένῃ Φαμενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι οὐ μόνον ἐπιβὰς τοῦ πρώτου τμήματος, ἀλλ' ἤδη καὶ τετάρτην ἡμέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενος, τοῦτο δὲ τὸ τμῆμα, πρῶτον δωδεκατημόριον, καὶ ἰσημερινόν, καὶ μηνῶν ἀρχὴν, καὶ κεφαλὴν τοῦ κύκλου, καὶ ἄφεσιν τοῦ τῶν πλανητῶν δρόμου καλεῖν εἰώθασι. τὸ δὲ πρὸ τούτου, μηνῶν ἔσχατον, καὶ τμῆμα δωδέκατον, καὶ τελευταῖον δωδεκατημόριον, καὶ τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδου. διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Πάσχα κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας, οὐ μικρῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμέν. Torsit hic locus veteres ac recentiores interpretes, nec dum planè de eius sententia constat: Ego vero ea in medium adferam, quæ coniicio: Ac primò quidem videtur Anatolius statuere citimam Enneadecaeteridis Paschalis Neomeniam Lunarem die vicesimo secundo Martii. Intelligi enim Neomeniam Lunarem, à qua numerata

Quartadecima ſit Terminus Paſchalis, probat quod caput menſis dicat eſſe Neomeniam: ἔχει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνός. Sed maximè, quod neget Neomeniam, à qua numeranda ſit Quartadecima, poſſe vnquam figi in vltimo Piſcium dodecatemerio: id enim iſta ſignificant Anatolii verba: διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ (τελευταίῳ δωδεκατημορίῳ) τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Πάσχα κατ' αὐτὴν (ſcilicet τὴν τοῦ πρώτου μηνὸς νουμηνίαν) λαμβάνοντας, οὐ μικρῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμέν. Atqui id verum non eſſet, ſi Anatolius primum menſem à Quartadecima Paſchali inciperet: nam primi anni Quartadecima eſſet die viceſimo ſecundo Martii. Ergo neomenia Lunaris fuiſſet figenda in vltimo Piſcium dodecatemorio: quod fieri poſſe negat Anatolius: Fuit igitur primi anni Enneadecaeteridis Neomenia Lunaris, à qua numerabatur Quartadecima Paſchalis, die viceſimo ſecundo Martii, quo etiam committebatur æquinoctiũ, cùm iam Sol in Ariete quartum confeciſſet diem: Quare hinc accepit Beda, cùm in Kalendario ingreſſum Solis in Arietem ad diem decimum octauum Martii notauit. Sed vnde repetiit ſuæ Enneadecaeteridis caput Anatolius? Non ab anno Chriſti Dionyſiano ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, vt volunt viri eruditiſſimi. Eo enim anno æquinoctiũ commiſſum eſt Martii die viceſimo, feriâ, tertiâ. Suſpicer potius altius repetendum eſſe initium, nempe ab illo tempore, quo de Paſchate celebrando controuerſum eſt: Refert Euſebius ex Irenæo Hiſt.

Lib.

Lib. IV. Polycarpum Romam venisse ad Anicetum, & cum eo de Paschatis festo amicè disceptasse: ἐπὶ δὲ τῶν δηλουμένων, Ἀνικήτου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἡγουμένου, Πολύκαρπον ἔτι περιόντα τῷ βίῳ, γενέσθαι τε ἐπὶ Ῥώμης, καὶ εἰς ὁμιλίαν τῷ Ἀνικήτῳ ἐλθεῖν διά τι ζήτημα περὶ τῆς κατὰ τὸ Πάσχα ἡμέρας, Εἰρηναῖος ἱστορεῖ. Idem rursum describit Eusebius Historia V. ex Irenæi Epistola ad Victorem Romanum Pontificem. Annus erat Christi Dionysianus centesimus sexagesimus quintus, quo in Vrbem venit Polycarpus. Quare ante annum illum scissa est Ecclesia studia in contraria ob festum Paschatis. Nos conijcimus in annum centesimum sexagesimum tertium, Cyclo Solis quarto, litera Dominicali C, atque hinc exsurgit Enneadecaeteris Anatolii. Eo enim anno commissum est æquinoctium die vndecimo Kalendas Aprileis, feriâ secundâ.

ANNI CHRISTI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	☉
163					
83					
80	III.	4.	19.	4.	4.
Adde ad situm Alexandriæ			1.	43.	
	III.	4.	20.	47.	4.
83.	30.	2.	19.	12.	
	81.	2.	1.	35.	

Nouiluuium quoque eodem die contigit.

ANNI. CHRISTI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉
163						
155						
8.	94.	2.	19.	22.	34.	16
Adde ad ſitum Alexandriæ.			1.	43.		
	94.	2.	20.	5.	34.	16
155.	13.	7.	3.	41.	38.	12
	81.	2.	17.	23.	56.	4.

Hinc igitur repetit Enneadecaeteridis ſuæ caput Anatolius, ſtatuitque citimam illius Neomeniam, à qua numeretur Quartadecima Paſchalis, die viceſimo ſecundo Martij. En eius Laterculum.

ENNEADECAETERIS ANATOLII.

ANNI CHRISTI	Enneadeca.	ANNOR. qualitas.	DIES IN QVEM CADIT primi menſis Paſc. Neomenia.	
CLXIII.	I.	Embol.	XXII.	Martij.
CLXIV.	II.		IX.	Aprilis.
CLXV.	III.	Embol.	XXIX.	Martij.
CLXVI.	IV.		XVII.	Aprilis.
CLXVII.	V.		VII.	Aprilis.
CLXVIII.	VI.	Embol.	XXVI.	Martij.
CLXIX.	VII.		XIV.	Aprilis.
CLXX.	VIII.		III.	Aprilis.
CLXXI.	IX.	Embol.	XXIII.	Martij.
CLXXII.	X.		XI.	Aprilis.
CLXXIII.	XI.	Embol.	XXXI.	Martij.

CLXXIV.	XII.		XIX.	Aprilis.
CLXXV.	XIII.		VIII.	Aprilis.
CLXXVI.	XIV.	Embol.	XXVIII.	Martij.
CLXXVII.	XV.		XVI.	Aprilis.
CLXXVIII.	XVI.		V.	Aprilis.
CLXXIX.	XVII.	Embol.	XXV.	Martij.
CLXXX.	XVIII.		XIII.	Aprilis.
CLXXXI.	XIX.		II.	Aprilis.

CAPVT V.

NON videtur vſu recepta fuiſſe iſta Anatolij Enneadecaëteris apud Chriſtianos, idque maximè probat quod refertur de decima perſecutione, quam mouit Diocletianus anno imperij ſui decimo nono, menſe Martio, in diebus Paſchæ, die viceſimo quinto. Annum Diocletiani decimum nonũ comparat Euſebius Lib. VII. Hiſt. cum anno Chriſti tercenteſimo quinto, eoque anno Diocletianũ in Chriſtianos perſecutionem mouiſſe auctor eſt: ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως ἐπὶ τὴν τῶν προσευκτηρίων καθαίρεσιν, εἰς ἔτη συντείνουσαν πέντε καὶ τριακόσια. Rurſum apud Euſebium in Chronicis ex Editione Græca Scaligeri ad numerum CIↃ CIↃ CCCXIX. anno tertio Olympiadis ducenteſimæ ſeptuageſimæ, Diocletiano nonum Maximiano octauum A A. Coſſ. Διοκλητιανὸς Αὔγουστος τὸ θʹ καὶ Μαξιμιανὸς Αὔγουστος τὸ ηʹ. ἐκκλησιῶν καθαιρέσεις, ἔτους ιθʹ Διοκλητιανοῦ, μηνὸς Δύστρου ἐν ἡμέραις τοῦ Πάσχα. Idem numerus Euſebianus, annus Olympiadis, & Chriſti tercenteſimus quar-

tus in Latinis B. Hieronymi apponitur ex Editione Scaligeri: *Decimo nono anno Diocletiani, menſe Martio, in diebus Paſchæ, Eccleſiæ ſubuerſæ ſunt. Secundum Antiochenos annus CCCLI.* Editio vero viri magni Epiſcopi Vazatenſis conijcit iſta in annum Christi tercenteſimum ſextum, & quartum Olympiadis ducenteſimæ ſeptuageſimæ, ad numerum Euſebianum cIↃ cIↃ cccxx. Sed omnino Euſebius anno Chriſti tercenteſimo quinto, menſe Martio, in diebus Paſchæ, Eccleſias ſubuerſas fuiſſe ſcripſerat, vt iam ante diximus è Lib. VII. Hiſt. extremo. Annus autem Chriſti Euſebianus tercenteſimus quintus eſt Dionyſianus tercenteſimus quartus: Quare dicimus anno Chriſti Dionyſiano tercenteſimo quarto, quo vertebat annus Diocletiani decimus nonus, menſe Martio, in diebus Paſchæ, Eccleſias fuiſſe ſubuerſas: Huic noſtræ ſententiæ adſtruendæ hæ faciunt rationes: Primò Conſulatus Diocletiani nonus & Maximiani octauus cadit in annum Chriſti Dionyſianum tercenteſimum quartum: Atqui perſecutio mota eſt Diocletiano nonum & Maximiano octauum AA. Coſſ. Præterea ceptum eſt in Chriſtianos ſæuire anno tertio Olympiadis ducenteſimæ ſeptuageſimæ: iam verò certum eſt & indubitatum annum tertium Olympiadis ducenteſimæ ſeptuageſimæ vertiſſe anno Chriſti Dionyſiano tercenteſimo quarto, & ab ilius æſtiuis diebus cepiſſe annum quartum Olympiadis ducenteſimæ ſeptuageſimæ. Tertiò Cõſtantinus Magnus imperare cepit anno quarto perſecutionis vertente: Euſebius in Chronicis: *Quarto*

autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus. Cepit autem regnare anno Christi Dionysiano tercẽtesimo septimo, vt viri eruditissimi probant. Quare primus persecutionis annus cadit in annum Christi tercẽtesimum quartũ: Anno persecutionis secũdo se imperio abdicarũt Diocletianus & Maximianus. Hinc exsurgit initium imperij Constãtij Chlori & Galerij Maximiani, à quo etiam Constantinus Cæsar est appellatus, qui anni Cæsaris Constantini sunt addendi annis imperij illius, vt constet annorum numerus, qui ab Ecclesiasticis Scriptoribus refertur: Constantinum *Cæsarem* fuisse appellatum non tantum probant Nummi, sed etiam veteres Inscriptiones, itemque Sexti Aurelij Victoris Epitome: *His diebus Constantius pater, atque Armentarius Cæsares, Augusti appellantur, creatis Cæsaribus, Seuero per Italiam, Maximino Galerij sororis filio per Orientem; eodemque tempore Constantinus Cæsar efficitur* Quod si quis coniecturæ nostræ locus sit, putem ex his Nummis, FL. VAL. CONSTANTINVS. NOB. CÆS. & CONSERVATOR. AFFRICÆ. SVÆ. & CONSERVATORES. KAR. SVÆ. R. K. Δ. Constantinum à Galerio Maximiano *Cæsarem per Africam* creatum fuisse, sed titulo tenus; Nam à Galerio, religionis specie, vicem obsidis tenebatur. Sed hæc obiter: è diuerticulo igitur in viam. Quartum argumentum est petitum è feriæ charactere. Refert Eusebius Historiæ Libro VIII. cap. XII Procopium Cæsareæ Palestinæ animaduersum fuisse anno primo persecutionis, ab eo-

que principium factum fuisse, septimo Eidus Iunias, feria quarta: Δεσίου μηνὸς ὀγδόῃ (scribe ἑβδόμῃ.) πρὸ ἑπτὰ Εἰδῶν Ιουνίων λέγοιτ᾽ ἂν παρὰ Ρωμαίοις ἡμέρᾳ, τετράδι Σαββάτου, τοῦτο πρῶτον ἐπὶ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης ἀπετελέσθη σημεῖον. Atqui anno Christi Dionysiano tercentesimo quarto, Cyclo Solis quinto, litera Dominicali B A. dies septimus Iunij incidit in feriam quartam: Quanquam, vt verum fatear, in ijs quæ sequuntur apud Eusebium numeri miserè sunt corrupti, quos nullo negotio ex his emendabis. Quintum argumentum petitur è celebratione festiuitatis Paschalis: Scribit enim Eusebius in Chronicis, persecutionem motam, Ecclesiasque subuersas fuisse in diebus Paschæ, mense Martio, quod ita, τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης interpretatur Eusebius in Historia, quod non significat Paschæ dies nondum aduenisse, nondum esse, sed instare & imminere, vt volunt Viri Incomparabiles; sed potius iam aduenisse, & diem, vnum saltem, peractum fuisse: addunt Fasti Siculi, diem fuisse vicesimum quintum mensis Martii: ιθ' Διοκλητιανοῦ βασιλείας, μηνὶ ἀπ' Αὐγούστου ζ', Δύστρῳ κε', (λέγοιτο δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ρωμαίους) ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα ἥπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα. Atque hic obseruandum est, factum id fuisse τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης, id est, intra *triduum* illud *sacrum*, vt appellat Ambrosius Epistola LXXXIII. *intra quod & passus est, & quieuit, & resurrexit Christus, celebraturque dies passionis & resurrectionis*: Atque istud triduum sacrum erat & festum, nam non nisi à Constantino

Magno eſt, hebdomadem totam, quæ Πάσχα ἀναστάσιμον præcedit, immunem eſſe ab opere faciendo, cuius Lex hæc eſt: Τὰς Πασχαλίας δύο ἑβδομάδας ἀπεράκτους τελεῖν· τήν τε πρὸ τοῦ Πάσχα, καὶ τὴν μετ' αὐτό. Quare referenda non eſt ad Diocletiani tempora obſeruatio Hebdomadis, quæ Paſcha præcedit; ſed in ea triduum tantum obſeruabatur ante tempora Cõſtantini Magni, illud ſcilicet intra quod paſſus eſt, quieuit, & reſurrexit Chriſtus, hoc eſt, dies Veneris, Sabbatum, & ipſa Paſchalis Dominica, quæ cùm appelletur κυριακὴ ἀναστάσιμος ad dies feſtos τοῦ σωτηρίου πάθους non poteſt referri, ſuntque illi duo dies, Paraſceue & Sabbatum: De his autem duobus diebus dixit Euſebius, τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπελαυνούσης. Iam verò aduenerant, imò de duobus vnus erat peractus: Die igitur Sabbati, viceſimo quinto Martij, qui dies immediatè præcedebat Dominicam Paſchalem, cepit perſecutio aduerſus Chriſtianos, & Eccleſiæ ſubuerſæ ſunt: Atque ex his characteribus liquet quàm falſi ſint Viri Incomparabiles, qui ex Enneadecaëteride, quam poſtea condiderunt Nicæni Patres, hunc annum eiuſque Paſcha inueſtigandum putant. Nunquam enim fiet, vt Sabbatum, qui eſt dies viceſimus quintus Martij, ſit προεόρτιον Πάσχατος ἀναστασίμου. Neque enim anno Chriſti tercenteſimo ſecundo, Cyclo Solis tertio, literâ Dominicali D, Cyclo Lunæ decimo octauo, cadit Sabbatum illud in menſem Martium, ſed Terminus Paſchalis eſt dies Dominica, viceſimo nono Martij; ac proinde Sabbatum hoc Προεόρτιον eſt die quar-

to Aprilis, nisi quis dicat Pascha celebratum fuisse à Christianis ipsa Quartadecima Luna, quando incidebat in diem Dominicum, quod nullo exemplo potest probari obseruatum fuisse ab ijs, qui ad *Quartadecimanos* non accedebant. Neque item anno Christi tercentesimo tertio: quoquo enim te vertas Sabbatum illud non cadit in diem vicesimum quintum Martij: Viri summi existimant hoc anno Christi tercentesimo tertio, Cyclo Lunæ decimonono, Orientales Pascha ἀναστάσιμον celebrasse die decimo octauo Aprilis, in Occidente vero, quia hic annus non erat illis embolimæus, die vicesimo primo Martij. Atqui non de Occidentalibus, sed Orientalibus agit Eusebius, scribitque dies Paschæ fuisse mense Martio, etiã Sabbatum προεόρτιον ἀναστασίμου Paschatis fuisse vicesimo quinto Martij die obseruant Fasti Siculi. Quare vir eruditissimus Christianos existimat hoc anno tercentesimo tertio celebrasse Pascha cum Iudæis die vicesimo primo Martij: nam Iudæi hoc anno & ad Calippicam Periodum, & ad suum Kalendarium celebrarunt Pascha die vicesimo primo Martij. Sed quod de Iudæis scribunt, nobis non persuadent, qui scimus Iudæos nunquam vsos fuisse Periodo illa Calippica: Quod vero ad Kalendarium illorum attinet, posterius est Diocletiani ætate. Addunt forte transmissam fuisse vnam hebdomadem, ne Pascha in ipso Termino celebrarent; itaque Christianos vicesimo octauo Martij die Pascha celebrasse: non igitur ex Euncadecaëteride Paschali, Nicæni quam condiderunt Patres, celebrarunt, quod quidem verum est:

Neque

Neque item hic annus is eſt,quo primum in Chriſtianos ſæuitum eſt, ſiquidem vera ſunt, quæ de diebus Paſchæ obſeruant Euſebius & Faſti Siculi. Atqui, inquiunt, æræ Antiochenæ annus tercenteſimus quinquageſimus primus ab Euſebio appoſitus vertebat anno Chriſti Dionyſiano tercenteſimo tertio. Verùm eſt iſtud, ſed non dubitamus numerum annorum huius æræ fuiſſe corruptum, de quo poſtea. At vero quod exiſtimat Vir Illuſtris annum primum perſecutionis fuiſſe Chriſti Dionyſianum tercenteſimum quintum, quo anno Cyclo Solis ſexto, litera Dominicali. G,Paſcha celebratum ſit viceſimo quinto Martij, die Dominico, in ipſo Termino, nobis non poteſt probari: Nam, præter ea quæ in ſuperioribus ſunt diſputata, Chriſtiani non celebrabant Paſcha in ipſo Termino Paſchali, & Sabbatum προεόρτιον non erat die viceſimo quinto Martij. Quare dicimus annum primum perſecutionis fuiſſe Chriſti Dionyſianum tercenteſimum quartum, eoque anno vertiſſe annum tercenreſimum quinquageſimum ſecundum,(atque ita reponendum eſt in Euſebij Chronico.) Antiochenorum, cepiſſeque tercenteſimum quinquageſimum tertium. Atque optimè obſeruatum eſt ab Euſebio Paſcha hoc anno celebratum fuiſſe menſe Martio, & à Faſtis Siculis additum de viceſimo quinto Martij die, quo fuit Sabbatum προεόρτιον Πάσχατος ἀναστασίμου. Nam ex Octaëteride Dionyſij Alexandrini, quæ adhuc, vt hinc patet, obtinebat apud Ægyptios, & eorum ſequaces, Paſcha celebratum eſt hoc anno die viceſimo ſexto Martij: Nam

hic annus Christi Dionysianus tercentesimus quartus erat septimus Octaeteridis Dionysij Alexandrini, quo anno Quartadecima cadebat in vicesimum primum Martij diem, feria tertia. Quare festiuitas Paschalis celebrata est die vicesimo sexto Martij, ac proinde vicesimo quinto die fuit Sabbatum προεόρτιον ἀναστασίμου Πάσχατος. Eoque die, qui consulto huic rei destinatus est ab immanissimo tyranno ob festiuitatem Paschalem, Ecclesiæ sunt subuersæ ex Edicto, quod aduersus Christianos eo ipso die propositus est.

CAPVT VI.

SVPERIORIBVS aduersatur Fragmentum illud Libri VIII. Eusebii, in quo habetur Pascha celebratum fuisse mense Aprili: ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Ξανθικὸς μὴν, ὃς λέγοιτ᾽ ἂν Ἀπρίλλιος κατὰ Ῥωμαίους, ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπιλαμβανούσης, ἡγεῖτο μὲν Φλαβιανὸς τοῦ τῶν Παλαιστινῶν ἔθνους. ἥπλωτο δ᾽ ἀθέως πανταχοῦ γράμματα. Fuit igitur festiuitas Paschalis celebrata mense Aprili, non Martio: Verum sciendum est, non eodem tempore Pascha celebratum fuisse à Christianis ante Nicænæ Synodi tempora, nam diuersæ à diuersis hac de caussa sunt institutæ Octaëterides, donec, ijs antiquatis, sciscentibus Nicænis Patribus, Imperatore edicente, consensus omnium Catholicorum in Enneadecaëteridem conspirauit; sed ista posteriora sunt Diocletiani ætate: Quare omnino certum

eſt, non eadem die, imo ne eodem quidem menſe, ab omnibus iјs, qui etiam poſt æquinoctium, & Quartam decimam, Paſcha celebrabant, celebratum fuiſſe Paſcha: Hinc factum, vt & Martio & Aprili dicatur celebritas Paſchalis obſeruata: Ac quidem hoc anno apud Ægyptios menſe Martio, vt & apud ceteros qui in eadem cũ Ægyptiis Octaëteride Paſchali conſentiebant, die viceſimo ſexto Martii, vt iam diximus, Paſcha celebratum eſt. Quare vbi ſcripſit Euſebius de perſecutione mota & Eccleſiis ſubuerſis menſe Martio in diebus Paſchæ, refert hiſtorias Martyrum Ægyptiorum, Thebaïdos, Maurorum & Africæ & Numidiæ. Alia verò erat obſeruatio Chriſtianorum Palæſtinæ: Nam Paſcha celebrarunt, vt nobis quidem videtur, menſe Aprili: Neque eodem tempore propoſitum fuit Diocletiani Edictum in Palæſtina, & in Ægypto, ſed in Ægypto prius: Quare etiam fuerunt, qui cùm primùm in Chriſtianos ſæuitum eſt intra Ægyptum, fugerent in Palæſtinam; nempe quia nondum in Chriſtianos Palæſtinæ mota fuerat perſecutio. Euſebius, δὲ Αἰγύπτου καὶ εἰς ἑτέρας ἤδη προελθόντες πόλεις τε καὶ ἐπαρχίας διέπρεψαν τοῖς Μαρτυρίοις ἴσμεν γοῦν τινὰς δὲ αὐτῶν διαλάμψαντας ἐν Παλαιστίνῃ. Videtur autem Diocletianus expectaſſe vbique terrarum Paſchatis feſtiuitatem, quo Chriſtianos deprehenderet facilius, & animaduerteret; itaque non vbique eodem tempore propoſita ſunt illius Edicta, ſed tamen vbique propoſita ſunt in diebus Paſchæ, verum non eodem menſe Paſcha celebratum eſt vbique: Palæſtini

igitur hoc anno celebrarunt mense Aprili, vt & aliæ Ecclesiæ, quæ cum Palæstinæ Synodo conuenerunt, in celebrando Paschate ex eadem Octaeteride, quæ inuestiganda est è Synodica Epistola à Theophilo Cæsareæ Episcopo super hoc argumento conscripta, cuius ista referuntur à Beda: *Theophilus Cæsariensis Episcopus in Epistola Synodica, quam aduersus eos qui decimâ quartâ Lunâ cum Iudæis Pascha celebrabant vna cum ceteris Palæstinæ Episcopis scripsit, ita dicit: Et impium non est, vt paßio Dominica tanti sacramenti mysterium foras limitem excludatur? Passus namque Dominus ab vndecimo Kalendas Aprileis, quâ nocte à Iudæis est traditus, & ab octauo Kalendas Aprileis resurrexit. Quomodo tres dies foras terminum excludentur? Constitutumque est in illa Synodo, vt ab vndecimo Kalendas Aprileis vsque in vndecimum Kalendas Maïas Pascha debeat obseruari.* Sed quædam hic sunt obseruanda, quæ à nobis, Deo dante, debent exponi. Dicebat Theophilus Cæsariensis diem vndecimum Kalendas Aprileis, (quo traditum fuisse Dominum à Iudæis sibi peruaserat,) vt & reliquos duos sequentes malè excludi à Paschatis celebratione, hoc est, eos, aduersus quos coacta est hæc Synodus, nunquam Pascha celebrâsse ante diem octauum Kalendas Aprileis; Nempe illi obseruabant Octaëteridem Iudaïcam, quæ ætate Christi & Iosephi, vt superiori Libro diximus, obtinuerat, in qua citima Quartadecima, propter ὑπέρβασιν μιᾶς ἡμέρας δι' ἰσημερίαν, ex vsu primorum populi in diem octauum Kalendas Aprileis cadebat. At vero Theophilus sanxit cum

ſuis comprouincialibus Epiſcopis, Paſcha ritè poſſe celebrari ab vndecimo Kalendas Aprileis ad vndecimum Kalendas Maïas, vtroque termino incluſo, ſiquidem mendoſus non eſt poſterior hic Kalendarum Maïarum numerus, quod tamen non puto. Paſcha autem diximus celebrari, non verò Quartamdecimam obſeruari, quia de celebrando Paſchate diſputabatur, non de obſeruanda Quartadecima. Adde quod in hac Octaëteride Theophili, ſi Quartadecima foret obſeruanda ab vndecimo Kalendas Aprileis die, non id fieret ad vndecimum Kalendas Maïas, ſed tantum vſque ad quintumdecimũ diem earundem Kalendarum Maïarum. Quanquam, vt dixi, leuiter corruptus eſt hic numerus, quod procliue fuit tranſpoſita digitali numeri nota, nam IX. mutauit malè in XI. Reſcribendum igitur puto. *Conſtitutumque eſt in illa Synodo, vt ab vndecimo Kalendas Aprileis vſque in nonum Kalendas Maïas Paſcha debeat obſeruari.* Nempe citima Quartadecima cadebat in diem duodecimum Kalendas Aprileis, vnde die ſequenti, qui erat vndecimus Kalendas Aprileis, Paſcha poterat ritè celebrari: Remotiſſima verò Quartadecima cadebat in diem ſextumdecimum Kalendas Maïas, qui dies ſi cadebat in feriam primam, diffindebatur Paſchatis celebratio atque differebatur in proximè ſequentem diem Dominicum, qui erat nonus Kalendas Maïas. Sed de his ſatis; caput enim huius Octaëteridis tituluſque eſt inueſtigandus. Conſtat ex Epiſtola Victoris Romani

Pontificis ad Episcopos Africæ, quæ data est Kalendis Septembribus, Ap. Claudio Laterano, & M. Mauritio Rufino Coss. hoc est, anno Christi Dionysiano centesimo nonagesimo septimo, vbi agit de celebrando Paschate, paulò ante de instauratione huius festiuitatis aliquid fuisse decretum. Eodem autem pæne tempore Victor Romanus Pontifex & Theophilus Cæsariensis Episcopus suorum quisque comprouincialium Episcoporũ Synodum coëgit & celebrauit hoc super argumento, vt ex Eusebij historia liquet. Quæ autem iam ante disputauimus faciunt, vt paulò altius repetendum conijciamus titulum Octaëteridis Theophili, nempe ab anno Christi Dionysiano centesimo octagesimo sexto, Cyclo Solis XXVII. literâ Dominicali B. Eo enim anno Nouilunium fuit die octauo Eidus Martias, feriâ tertia. Est igitur hic annus centesimus octagesimus sextus, primus Octaëteridis, cuius Neomenia, eaque omnium citima, fuit duodecimo Kalendas Aprileis: en illius Laterculum.

OCTAETERIS THEOPHILI.

ANNI CHRISTI	Octaëteridis.	ANNOR. qualitas.	DIES IN QVEM CADIT Quartadecima.	
186	I.	Embol.	XXI.	Martij.
187	II.		IX.	Aprilis.
188	III.	Embol.	XXVIII.	Martij.
189	IV.		XVI.	Aprilis.
190	V.		V.	Aprilis.
191	VI.	Embol.	XXV.	Martij.
192	VII.		XII.	Aprilis.
193	VIII.		Kalendæ Aprilis.	

Quæret aliquis an non Ægyptij eadem ſint vſi Octaëteride, qua Theophilus Cæſarienſis, videntúrque eandem vſurpaſſe ex his Synodicæ Epiſtolæ Theophili apud Euſebium: δηλοῦμεν δὲ ὑμῖν ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγουσιν ἧπερ καὶ ἡμεῖς. παρ' ἡμῶν δὲ τὰ γράμματα κομίζεται αὐτοῖς, ἡμῖν δὲ παρ' αὐτῶν, ὥστε συμφώνως καὶ ὁμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἁγίαν ἡμέραν. Sed forte agit tantum Theophilus de conſenſu, qui erat in celebrando Paſchate die Dominico, qui Quartamdecimam proximè ſequitur. Nam quod ad Octaëteridem attinet, ſi Theophili temporibus eadem fuit, inſecutis alia planè erat, vt videre eſt è comparatione huius Octaëteridis, & illius quæ Dionyſij Alexandrini fuit; itaque aliquando vno pœne menſe alij alios anteuertebant in celebrando Paſchate, vt

hoc anno Christi Dionysiano tercentesimo quarto factum est: Alexandrini enim cum suis Pascha celebrarunt die vicesimo sexto Martij. Palæstini vero celebrarunt die sextodecimo Aprilis. Erat enim hic annus septimus Octaëteridis Theophili, quo anno Quartadecima fuit die duodecimo Aprilis, feriâ quartâ. Ergo Pascha fuit sextodecimo Aprilis die. Quare in Eusebij Fragmento Libri VIII. vbi docet Pascha celebratum fuisse mense Aprili, addit, ἡγεῖτο μὲν Φλαβιανὸς τοῦ τῶν Παλαιστινῶν ἔθνους, vt doceat Palæstinos fuisse, qui Pascha celebrarint mense Aprili; nec fuit Edictum Diocletiani propositum in Palæstina ante Pascha, nec Pascha celebratum nisi mense Aprili, & statim postea aliud longe sæuius promulgatum est; vnde fit vt nonnisi septimo Eidus Iunias peractus reus & damnatus Procopius, primus Martyrum Palæstinæ, vbi primum in carcerem coniectus est, securi percussus sit; nempe non ante Paschæ dies propositum est Edictum, nec ante mensem Aprilem Pascha celebratum est. Atque hinc expendendus est Eusebij locus de Paschate anni quinti persecutionis: ἤδη δὲ καὶ εἰς πέμπτον ἔτος τοῦ διωγμοῦ παραταθέντος, μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἥτις ἐστὶ πρὸ τεσσάρων Νοννῶν Ἀπριλλίων, ἐν αὐτῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως, αὖθις ἐπὶ τῆς Καισαρείας Θεοδοσία, &c. Cùm enim ista acciderint Cæsareæ Palæstinæ, ex Octaëteride Theophili huius anni Pascha est inuestigandum. Annus erat quintus persecutionis, ac proinde Dionysianus tercentesimus octauus Cyclo Solis IX. litera Dominicali DC. fuit igitur tertius

Octaë-

Octaëteridis Theophili; quo anno Quartadecima fuit die vicesimo octauo Martij, feria prima. Ergo Pascha celebratum fuit Cæsareæ, vt & in reliqua Palæstina, die Dominico proximè sequenti, qui fuit pridie Nonas Aprileis. Quare rescribendum puto apud Eusebium, transpositis numeris: μηνὸς τετάρτῃ Ξανθικοῦ, ἥτις ἐστὶ πρὸ δευτέρων Νωνῶν Απριλλίων.

CAPVT VII.

QVÆ superioribus capitibus à nobis disputata sunt probant non eodem tempore vbique terrarum à Catholicis Pascha fuisse celebratum, vnde facile poterant oriri dissidia & iurgia; cui malo vt mederentur Patres Nicæni, ex interpolata Anatolij Enneadecaëteride nouam fecerunt & constituerunt. Ambrosius Epistola LXXXIII. *Maiores conuenientes ad Synodum Nicænam, inter illa fidei, vt vera, ita admiranda decreta, etiam super celebritate Paschatis, congregatis peritissimis calculandi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enneadecaeterida nuncupauerunt.* Eam post peractum Nicænum concessum publicè proposuit Eusebius, & Edicto firmauit Constantinus Magnus, vt videre est ex Epistola Constantini ad Eusebium apud eundem Eusebium Lib. IV. de Vita Constantini. Sed eius initium arcessunt ab anno Christi Dionysiano ducentesimo octagesimo quinto, qui Consules habuit Diocletianum secundum &

Ariſtobulũ. Faſti Siculi ad hunc annũ: INΔ. Δ. ΥΓ. Διοκλητιανοῦ Αὐγούστου τὸ β', καὶ Ἀριστοβούλου. ἀπὸ τούτων τῶν ὑπάτων τάσσονται τὰ Διοκλετιανοῦ ἔτη εἰς τὸ Πασχάλιον· Hermanus contractns. *Huc vſque ab incarnatione Domini ſupputantur ſecundum Dionyſium anni ducenti octaginta quatuor.* Et *Ab hoc anno Græci Cyclos Paſchales inchoabant.* Annus hic Chriſti ducenteſimus octageſimus quintus eſt nonus Enneadecaëteridis Annatolij, cuius Neomenia primi menſis Paſchalis cadit in diem viceſimum tertium Martij, feria ſecunda, eoque die fuit Nouilunium.

ANNI. Chriſti.	DIES.	FER.	HOR.	I.	II.	☉.	☾.
285.							
231.							
54.	95.	5.	17.	8.	22.	6.	1.
231.	13.	3.	9.	32.	25.	20.	
	82.	2.	7.	35.	57.	14.	1.

Verùm hunc annum, qui in Enneadecaëteride Anatolij erat embolimæus, Nicæni Patres communem fecerunt, & Quartamdecimam primi menſis obſeruarunt intra illud tempus, intra quod Neomeniam primi menſis obſeruabat Anatolius. Nam Anatolius obſeruabat Neomeniam primi menſis exante diem vndecimum Kalendas Aprileis, (quo die olim committebatur æquinoctium.) ad tertiumdecimum Kalendas Maïas Nicæni vero Patres obſeruant Quartas decimas primi menſis Paſchalis ab æquinoctio, quod

ſtatuunt die duodecimo Kalendas Aprileis, ſtatuunt, inquam, eas obſeruari exante diem duodecimum Kalendas Aprileis, ad quartumdecimum Kalendas Maias, vtroque termino incluſo, vt è laudata B. Ambroſij Epiſtola conſtat: Nam quod ad Lunæ curſum attinet, id eſt, primum primi menſis diem, ab octauo Eidus Martias die ad Nonas Aprileis, vtroque termino incluſo, obſeruabant, vt quocumque eorum die Luna fuerit nata, efficiat primi menſis initium: Sed en Diagramma Nicænæ Enneadecaëteridis.

ENNEADECAETERIS. NICÆNA.

Anni. Christi.	Enneadecaet.	Annor. Qualit.	Dies in quem cadit Quartadecima.
285.	I.	Comm.	V. Aprilis.
286.	II.	Embol.	XXV. Martij.
287.	III.	Comm.	XIII. Aprilis.
288.	IV.	Biſſ. Comm.	II. Aprilis.
289.	V.	Emb.	XXII. Martij.
290.	VI.	Comm.	X. Aprilis.
291.	VII.	Embol.	XXX. Martij.
292.	VIII.	Biſſ. Comm.	XVIII. Aprilis.
293.	IX.	Com.	VII. Aprilis.
294.	X.	Embol.	XXVII. Martij.
295.	XI.	Comm.	XV. Aprilis.
296.	XII.	Biſſ. Comm.	IV. Aprilis.
297.	XIII.	Emb.	XXIV. Martij.
298.	XIV.	Comm.	XII. Aprilis.

299.	XV.	Comm.	Kalendæ April.
300.	XVI.	Embol. Biſſ.	XXI. Martij.
301.	XVII.	Com.	IX. Aprilis.
302.	XVIII.	Embol.	XXIX. Martij.
303.	XIX.	Com. Def.	XVII. Aprilis.

CAPVT VIII.

QVANQVAM ſuperior Enneadecaeteris à Nicænis Patribus fuiſſet conſtituta, & Imperatoris Cõſtantini Magni Edicto ſancita, tamen ne ipſi quidem Conſtãtinopolitani illam omni ex parte obſeruarũt: Nam fuerũt quidam, quos ἐξαπλοῦντας καὶ πενταπλοῦντας nominat Maximus Monachus, à quo Illuſtris Scaliger; Methodus, ἐξάπλωσιν καὶ πεντάπλωσιν dixit Maximus, qua vtebantur in Cyclo ſuo Paſchali hæc eſt: primo annum ſuum Lunarem ſupra trecentos quinquaginta quatuor dies, etiam quinque ſcrupulorum diurnorũ æſtimabant: Deinde quot dies à Kalẽd. Ianuar. putãtur ad Terminũ Paſchalẽ Euſeb. tot ſcrupulos dierũ colligebant: Deniq; ſingulis annis Cycli dies vndenos imputabant. Tandem à congerie illorum vndecim dierum, & ſcrupulorum, & dierum à Kalendis Ianuariis collectorum, abiectis omnibus tricenariis, reliquum pro Termino Paſchali accipiebant. Hoc modo aliquando Quartadecima Luna Euſebiana exibat, aliquando quintadecima, aliquando ſextadecima: quod ſi quartadecima ex eorum ratiociniis collecta in feriam ſeptimam caderet, die ſequenti Paſcha ἀναστάσιμον celebrabant: Cycli autem illorum annus primus congruit cum anno quarto Cycli Dionyſiani. Ecce in Tabella.

CYCLVS DIONYSIANVS.	CONSTANTINOP.	DIES ADDITI.	SCRVPULI DIVRNI.	DIES. Kal. Ian. ad terminũ Euseb.	A TERMINI Paſchales Cycli viтиosi.
IV.	I.	11.	5.	92.	14.
V.	II.	22.	10.	81.	14.
VI.	III.	33.	15.	100.	14.
VII.	IV.	44.	20.	89.	14.
VIII.	V.	55.	25.	108.	15.
IX.	VI.	66.	30.	97.	15.
X.	VII.	77.	35.	86.	15.
XI.	VIII.	88.	40.	105.	15.
XII.	IX.	99.	45.	94.	15.
XIII.	X.	110.	50.	83.	15.
XIV.	XI.	121.	55.	102.	15.
XV.	XII.	133.	0.	91.	15.
XVI.	XIII.	144.	5.	80.	15.
XVII.	XIV.	155.	10.	99.	15.
XVIII.	XV.	166.	15.	88.	15.
XIX.	XVI.	177.	20.	107.	16.
I.	XVII.	188.	25.	95.	15.
II.	XVIII.	199.	30.	84.	14.
III.	XIX.	210.	35.	103.	15.

Hac methodo vſos fuiſſe Conſtantinopolitanos ad inueſtigandum Paſcha ad tempora Iuſtiniani Imperatoris, ſuſpicamur ex iis, quæ à Paulo Diacono, Cedreno, Theophane referuntur ad annum Iuſtiniani decimum nonum. Theophanis, quem M S. habe-

mus, verba ſunt, vt ceteros mittam; τούτῳ τῷ ἔτει λεῖψις γέγονεν σίτου καὶ οἴνου, καὶ χειμερία πολλή, καὶ ἐγένετο σεισμὸς μέγας ἐν Βυζαντίῳ, καὶ διαστροφὴ περὶ τοῦ ἁγίου Πάσχα· καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀποκρεώσιμον μηνὶ Φεβρουαρίῳ δ. ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα κρέα πραθῆναι, καὶ πάντες κρεωπῶλαι ἔσφαξαν καὶ παρέθηκαν, καὶ οὐδεὶς ἠγόραζεν, οὔτε ἤσθιεν· τὸ δὲ Πάσχα γέγονεν ὡς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν, καὶ εὑρέθη ὁ λαὸς νηστεύων ἑβδομάδα περιττήν. Hic annus erat, vt diximus, decimus nonus vertens Iuſtiniani, poſt Conſulatum Baſilij V. C. quintus, idémque Chriſti Dionyſianus quingenteſimus quadrageſimus ſextus, Indictione nona vertente, Cyclo Solis XXIII. litera Dominicali G. Locum hunc attigit Scaliger ὁ μακαρίτης, & excuſſit quoque nuperus ſcriptor in Notis Chronologicis ad Nicephorum C P. qui in hoc quidem eſt laudandus, quod aduerſus Scaligerum aſſeruerit ſcripturam Cedreni & Theophanis: καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀποκρεώσιμον μηνὶ Φεβρουαρίῳ τετάρτῃ. Nam vt è Maximi Computo colligitur, ἡ ἀποκρεώσιμος ἑορτὴ quinquaginta ſex diebus ante Paſcha celebratur. Itaque Maximus ad Cyclum Lunæ quintumdecimum notat, τὴν τῶν ἁγίων νηστειῶν προείσβασιν eſſe Φεβρουαρίου τετάρτῃ, Paſcha vero eſſe Ἀπριλλίου πρώτῃ. At vero, quod negat idem fuiſſe Paſchatis διαστροφὴν, ſed τῆς ἀποκρεωσίμου ἑορτῆς dumtaxat, quam vulgus imperitum cum Quartadecimanis contra Canonem inierat Februarij quarto, non eſt audiendus; Nam cùm dicat Theophanes, τὸ δὲ Πάσχα γέγονεν ὡς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν, ſignificat eo die Paſcha celebratum

fuisse, quia ita edixerat Imperator, nam alioqui populus, si sui ea res fuisset arbitrij, non celebrasset eo die, sed Dominico præcedenti, in quem incidisse Quintamdecimam ex hoc Computo colligebant. Hoc anno Christi quingentesimo quadragesimo sexto Paschalis Terminus incidit in Kalendas Aprileis, feria prima. Quare dilata est festiuitas Paschalis in sequentem Dominicam, qui dies fuit octauus Aprilis. Rursum τῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν παρεισβάσεως Terminus, qui fuit dies quartus Februarii incidit in Dominicam, & diffusus est dies in vndecimum Februarii, auctore Iustiniano, quod accidit, quia diffindendus erat Paschatis dies in alteram hebdomadem: Fuit igitur hæc διαστροφὴ, τῆς ἀποκρεωσίμου ἑορτῆς quidem, sed propter Pascha, fuisset quoque Paschatis nisi interuenisset Imperator. Quod ergo distulerunt τὴν ἀποκρεώσιμον ἑορτὴν à die quarto Februarij in vndecimum, est factum, quia diffindendus erat Paschatis dies à Kalendis Aprilibus in octauum diem, ne fieret συνέμπτωσις Paschalis Termini & Paschatis; itaque ὅτι ἡ κυριακὴ ἡμέρα ὁμοῦ τῇ παρεισβάσει τῶν ἁγίων νηστειῶν καὶ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ Πασχαλίου μηνὸς συναντᾷ καὶ ἀπόθεσις γίνεται εἰς τὴν ἐπιοῦσαν κυριακὴν ἁγίαν. At verò Constantinopolitani non putabant diffundendam esse τὴν ἀποκρεώσιμον ἑορτὴν à quarto die Februarii in vndecimum, quia proculdubio Pascha, vt putant, erant celebraturi Kalendis Aprilibus, die Dominica, itaque fecissent à suis edocti Præsulibus Constantinopolitani; sequebantur enim methodum τῶν ἑξα-

πλουμότων καὶ πενταπλουμότων. Atqui ſecundum horum rationes & epilogiſmum, quæ erat Quarta decima Luna & Terminus Paſchalis Euſebii, erat Conſtantinopolitanis quinta decima, vnde fiebat, vt, quia hoc anno in Dominicam incidit, exiſtimarent Paſcha rite poſſe celebrari: Quarta decima namque ex illorum epilogiſmo in feriam ſeptimam incidebat. Annus enim hic Chriſti Dionyſianus quingenteſimus quadrageſimus ſextus erat quintus decimus Cycli Lunaris τῶν ἑξαπλουμότων καὶ πενταπλουμότων. Eius anni Terminus Paſchalis Euſebianus ſtatuitur Kalendis Aprilibus die Dominica; Quare ex decreto Patrum ſolennitas Paſchalis in proximam Dominicam, hoc eſt, diem octauum Aprilis erat differenda. Conſtantinopolitani verò κατὰ τὴν ἑξάπλωσιν, καὶ πενταπλωσιν. Quartam decimam colligebant, & Paſcha erant celebraturi: Ex vndecies duodecim & ſcrupulis diurnis ſexaginta colliguntur dies centum triginta tres: à Kalendis Ianuariis ad Kalendas Apriles ſumma dierum collectorum nonaginta & vnius. Summa in genere dies ducenti vigintiquatuor: Rurſus quot dies putantur à Kalendis Ianuariis ad Kalendas Apriles tot ſume ſcrupulos; ſunt igitur nonaginta & vnus, id eſt, dies vnus, ſcrupuli triginta & vnus. Summa igitur dierum omnium ducentorum viginti quinque, neglectis reſiduis triginta & vno ſcrupulis. Diuiſi per triginta relinquunt Lunam quintam decimam, feria prima: Nam iam conſtat eſſe feriam primam. Quare exiſtimarunt hoc anno Kalendis Aprilibus, feria prima, Paſcha fuiſſe celebrandum; quandoquidem

doquidem ſequitur Quartam decimam Lunam, quæ ex hoc epilogiſmo in Sabbatum incidit. Sed id Edicto vetuit Iuſtinianus, qui voluit Paſcha celebrari ſecundum Nicænos Canones, atque hoc Edicto, vt puto, Dionyſij Periodum, aut ſi qua eſt huiuſmodi, (vt eſt illa, cuius fragmenta leguntur in Theſauro Inſcriptionum Gruteri, & caput eſt annus Chriſti Dionyſianus ſequens, hoc eſt quingenteſimus quadrageſimus ſeptimus.) in vſum admitti voluit. Quãquam non obtinuit, vt loco illuſtri probandum iam eſt, cum bono Deo, quo etiam oſtendetur non videri τοὺς ἑξαπλοῦντας καὶ πενταπλοῦντας Paſcha celebraſſe è Latinorum Cyclo, vt vt prima viſione non nemo fortè ſuſpicetur è præcedenti exemplo. Verba hæc leguntur in Faſtis Siculis ad annum Iuſtiniani triceſimum quintum: τούτῳ τῷ ἔτει λε' τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας, καὶ μετὰ ὑπατείας Βασιλείου τὸ εἰκοστὸν πρῶτον, τῇ εἰκοστῇ Μαρτίου μηνὸς, Ἰνδικτιῶνος ι', καὶ τρίτῳ ἔτει τλε' Ὀλυμπιάδος, ἐπληρώθη τὰ φλβ' ἔτη τοῦ ἑορτασικοῦ κύκλου τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, ἀφ' οὗ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἑκούσιον καὶ ζωοποιὸν κατεδέξατο θάνατον Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ ἑορτάζειν ἤξαμεθα τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ἀνάστασιν. καὶ ἄρχεται ἡ δευτέρα περίοδος ἑορτασικοῦ κύκλου τῶν φλβ' ἐνιαυτῶν ἀπὸ κα' καὶ αὐτῆς Μαρτίου μηνὸς τῆς ἐνεστώσης ἐπινεμέσεως, καθ' ἣν ἡ ἰσημερία γνωρίζεται. Erat hic annus Chriſti Dionyſianus quingenteſimus ſexageſimus ſecundus; eo anno obſeruat Faſtorum auctor primi menſis Neomeniam cadere in viceſimum primum Martii diem: Atqui anno Dionyſiano quingenteſimo ſexageſimo ſecundo,

Cyclus erat Solis XI. litera Dominicalis A, Cyclus Lunæ Nicænus duodecimus, cuius anni Quarta decima Nisan cadit in diem quartũ Aprilis: Quare Neomenia primi mensis fuit vicesimo secundo Martii die. Sed dicit auctor Fastorum fuisse vicesimo primo Martii die, nempe ex methodo, τῶν ἐξαπλοιώτων καὶ πενταπλοιώτων. Nam Cyclus erat nonus τῶν ἐξαπλοιώτων καὶ πενταπλοιώτων, qui dies habet nonaginta nouem, his adde dies nonaginta quatuor, qui numerantur à Kalendis Ianuariis ad Terminum Paschalem Nicænum, fiunt dies centum nonaginta tres; adde scrupulos diurnos quadraginta quinque, & præterea scrupulos alios nonaginta quatuor, fiunt scrupuli centum triginta nouem, siue dies duo, scrupuli nouẽdecim. Adde duos hos dies reliquis centum nonaginta tribus, exsurgit numerus dierum centum nonaginta quinque, quo diuiso per triginta reliquantur quindecim. Ergo quartus Aprilis dies, qui secundum Nicænos Canones erat Quartadecima primi mensis fuit τοῖς ἐξαπλοῦσι καὶ πενταπλοῦσι quintadecima, ac proinde Neomenia primi huius mensis fuit vicesimo primo Martij die. Sequitur alter locus ex eodem Theophane atque Nicephoro C P. Verba Theophanis sunt: δερῦς χρόνου τῆς βασιλείας Φιλιππικοῦ ἐν τούτοις περιδραμόντος, καὶ τῶν Γενεθλίου ἐπιτελουμένου ἱππικοῦ, Πρασίνων νικησάντων, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ τῷ σαββάτῳ τῆς ν' Καβαλλάειον, &c. Sequitur. τῇ ἐπαύριον, ἤγουν τῇ ν', Συρρυέντος τοῦ λαοῦ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἐστέφθη Ἀρτέμιος. Nicephorus: Φιλιππικὸς δὲ Γενέθλιον τῆς πόλεως

ἡμέραν ἐπιτέλεσας, &c. τῇ ἐπαύριον ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτάσιμος. Locum hunc non aſſecutus eſt nuperus ſcriptor in Notis ad Nicephorum CP. Chronologicis; nam ex vero obſeruant duo hi ſcriptores Philippicum occiſum eſſe Sabbato pridie Pentecoſtes, ipſo Conſtantinopoleos natali die, hoc eſt, vndecimo Maij: nam Natalem Conſtantinopoleos celebrari vndecimo Maij die teſtatur etiam Theophanes ad annum Chriſti Dionyſianum quingenteſimum quadrageſimum ſeptimum, quo viceſimus Iuſtiniani vertebat, fuitque eo quoque anno vndecimus Maij dies feriâ ſeptimâ pridie Pentecoſtes: Cyclus enim erat Solis XXIV. literâ Dominicali, F. Cyclus Lunæ ſextusdecimus. Terminus Paſchalis viceſimo primo Martij die, feriâ quintâ, Paſcha viceſimo quarto Martij, Pentecoſte die duodecimo Maij. Theophanes. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει μηνὶ Μαΐῳ ια. τῷ σαββάτῳ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, τοῦ γενεθλίου ἀγομένου ἱπποδρ. Incidit Pentecoſte hoc anno quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo in duodecimum Maij diem; incidit quoque eo anno, quo Philippicus eſt occiſus, ſed ex aliis planè epilogiſmis atque ratiociniis. Annus necis Philippici verè conijcitur ab Onufrio in annum Chriſti Dionyſianum ſeptingenteſimum quintumdecimum, Cyclo Lunæ tertiodecimo, Solis XXIV. literâ Dominicali F. Huius anni Terminus Paſchalis Euſebianus fuit viceſimo quarto die Martij, feriâ prima, Paſcha celebratum eſt vltimo Martij die, ſecundum Nicænos Canones. At vero Con-

ſtantinopolitani ἑξαπλοῦντες καὶ πενταπλοῦντες colligebant Quartamdecimam Lunam κατὰ τὴν ἑξάπλωσιν καὶ πεντάπλωσιν: vnde factum, vt hoc anno vicesimo quarta Martij die quintamdecimam Lunam putarent, ac proinde Paſchalem feſtiuitatem celebrarent. Ex vndecies decem (erat enim annus Cycli illorum decimus) colliguntur dies centum & decem. A Kalendis Ianuarijs ad viceſimum quartum Martij diem dies ſunt octoginta tres. Summa in genere, dies centum nonaginta tres. Rurſum colliguntur è quinis illis diurnis ſcrupulis annuis ſcrupuli quinquaginta; adde præterea ſcrupulos octoginta tres, quot ſcilicet dies numerantur à Kalendis Ianuariis ad viceſimum quartum Martij diem, fiunt ſcrupuli ſimul collecti centum triginta tres, ſiue dies duo & ſcrupuli tredecim. Summa igitur dierum omnium, centum nonaginta quinque, neglectis reſiduis tredecim ſcrupulis. Dies hi diuiſi per triginta relinquunt Lunam quintamdecinam, feriâ primâ. Quare exiſtimarunt hoc anno Paſcha fuiſſe celebrandum viceſimo quarto Martij die, feriâ prima, ac proinde Pentecoſte fuit die duodecimo Maij, dies præcedens, qui fuit vndecimus Maij, incidit in Sabbatum pridie Pentecoſtes, vt à Nicephoro & Theophane obſeruatum eſt.

CAPVT IX.

QVOD de Constantinopolitanis superiori capite diximus, de Romanis quoque Pontificibus, aut Latinorum siue Occidentalium plerisque dicendum est, festiuitatem Paschalem neque indixisse neque celebrasse è Nicæna Alexandrinorum Enneadecaeteride: habuerunt namque suos Cyclos, de quibus iam disputandum est: ac quidem Innocentius primus Pontifex Romanus nobis testimonium dicet, cuius verba sunt ex Epistola ad Aurelium Episcopum Carthaginis: *Has ego literas de ratione Paschali alterius, dico futuri, anni perscripsi. Nam cùm ante diem vndecimum Kal. Aprilium pene Luna sextadecima colligatur; nam quicquam minus est: itemque in ante diem quartum Kal. earundem veniat vicesima tertia. existimaui vndecimo Kalend. memoraturum die festa Paschalia celebrandum, quoniam in vicesima tertia Luna nullum Pascha vnquam ante hoc Pascha factum esse cognoscimus.* Annus hic, quo de agitur, erat annus Christi Dionysianus quadringentesimus tertius, quo anno, litera Dominicali D, Cyclo Lunæ quinto, Alexandrinis Terminus Paschalis fuit vicesimus secundus Martij dies, feriâ primâ: Quare Pascha statuendum est in vicesimo nono Martij die Contra verò Innocentius Pōtifex è suo Cyclo colligebat Terminum Paschalem esse eo anno, die vicesimo Martij, ac proinde Lunam sextamdecimam vertere die vicesimo secundo Martij: itaque eo die Pascha ritè posse imo deberi

celebrari; nam si diffinderetur festiuitatis dies, Pascha celebrandum foret Lunâ vicesimâ tertiâ, quod nunquam factum. Habebat igitur Innocentius aliũ Paschalem Cyclum & diuersum à Nicæno Alexandrinorum. Accedit Innocentio dignitate par, nominis claritate maior, Leo Magnus Romanus Pontifex, cuius verba subiecimus ex Epistola LXVIII, quæ scripta est ad Iulianum Episcopum. *De præsentis anni Pascha nulla nobis esse dubitatio potuit, sed de futuro, quod Theophilus Alexandrinæ vrbis Episcopus nono Kalendarum Maïarum die, quod nunquam ita à tempore Dominicæ Resurrectionis celebratum est, credidit adscribendum. Unde solicitius congruit hoc requiri, vt omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris Annalibus Kalendarum Maiarum die aptißime à Patribus nostris & cõstitutus legitur, & celebratus.* Scripta est hæc Epistola, vt constat è Consulum adnotatione, anno Christi Dionysiano quadringẽtesimo quinquagesimo quarto: Quare Pascha, de quo solicitius requiri vult Leo, est anni Dionysiani quadringentesimi quinquagesimi quinti, fuitque hoc anno Cyclus Solis sextus decimus, litera Dominicali B, Cyclus Lunæ decimus nonus, ac proinde Alexandrinis Terminus Paschalis fuit dies decimus septimus Aprilis, qui dies hoc anno incidit in Dominicum, itaque festiuitas Paschalis comperendinata est in proximè sequentem Dominicum, qui fuit dies octauus (& ita rescribendum est in Leonis Epistola.) Kalendarum Maiarum, hoc est vicesimus quartus Aprilis. Contra verò colligebat Leo è suo Cyclo Pascha celebrandum fuisse die deci-

mo ſeptimo Aprilis; vnde omnino fuit neceſſum alium fuiſſe Terminum Paſchalem in Leonis Cyclo: nam tantum abeſt in ipſo Termino, ſiue Quartadecima Luna Paſcha celebrauiſſe, vt illis religio fuerit ante ſextamdecimam celebrare. En aliud illuſtre exemplum apud Sigebertum anno Chriſti Dionyſiano quadringenteſimo decimo ſeptimo. *Quidam Occidentales vltimo anno Cycli decemnouennalis pro Emboliſmo communem annum tenentes, ac per hoc in Paſcha celebrando aberrantes, diuino miraculo ad veritatem reuocantur In vna enim Italiæ Eccleſia, vbi annuatim Sabbato ſancto Paſchæ hora baptizandi ſolebat aqua diuinitus manare, & ſtatim ex ſe redire, nullo deductorio penitus apparente, nunc temperius iuſto, id eſt, octauo Kal. Aprileis Paſcha celebrantes, aqua non emanans expectatione totius diei ac noctis fefellit: legitimo autem die Paſchæ horâ baptizandi aqua ſolito emanans decimo Cal. Maij Paſcha debere celebrari oſtendit.* Fuit hoc anno Cyclus Solis ſextus, literâ Dominicali G. Cyclus Lunæ decimus nonus Alexandrinorum; itaque Terminus Paſchalis erat die decimo ſeptimo Aprilis, feria tertia, Paſcha vero die viceſimo ſecundo Aprilis. At vero iſti Occidentales Paſcha celebrarunt die viceſimo quinto Martij. Galli noſtri Paſcha celebrabant è Victorini ſiue Victorij Cyclo, qui alius erat à Nicæno, Hiſpani alium vſurpabant: vide iſta Gregorij Turonenſis Hiſtoria V. cap. XVII. *Eo anno dubietas Paſchæ fuit. In Gallijs vero nos cum multis ciuitatibus quartodecimo Cal. Maias ſanctum Paſcha celebrauimus. Alij vero cum Hiſpanis, duodecimo Cal. Aprilis, ſolennitatem hanc te-*

nuerunt: tamen (vt ferunt) fontes illi, qui in Hispanijs nutu Dei complentur, in nostro Pascha repleti sunt. Latinorum Cyclum nobis repręsentat Victorinus in Prologo magnæ suæ Periodi apud Bedam his verbis. *Latini à tertio Nonarum Martiarum, ad quartum Nonas Aprileis, diebus scilicet vigintinouem, obseruandum maximè censuerunt, vt eorum quocumque die Luna fuerit nata, efficiat primi mensis initium, cuius Luna decimaquarta si feriâ sextâ prouenerit, subsequens Dominicus, id est, Luna decima sexta, festiuitati Paschali sine ambiguo deputetur. Sin autem die Sabbati plenilunium esse contigerit, & consequenti Dominica Luna quintadecima reperiri, eâdem Hebdomadâ transmissâ, in alterum diem Dominicum, id est, Lunam vicesimam secundam, transferri debere* Pa*scha dixerunt: ne minus eiusdem Dominici peragendo mysterio destinarent, quam sextam decimam, nec amplius, quam vicesimam secundam Lunam aliquando reciperent, eligentes potius in Lunam vicesimam secundam diem festi* Pa*schalis extendi, quam Dominicam passionem ante Lunam quartamdecimam vllatenus inchoari. Quartas decimas porro Lunas eiusdem mensis à quintodecimo Calendas Maias asserunt esse seruandas.* Existimarunt viri Illustres in omnibus conuenisse inter Alexandrinos & Occidentales, præterquam in Cyclis octauo & decimo nono Alexandrinorum. Nam cùm ij sint embolimæi, in Occidentalium Cyclo erant communes, vtpote cùm octauus Alexandrinus sit quintus Occidentalis, decimus nonus autem Alexandrinus sit sextus decimus Occidentalis. Ita his duobus annis Occidentales Pascha in Nisan Iudaïco celebrabant:

bant: Alexandrini autem in Iiar Iudaïco. Atque hæc sententia videtur validè posse confirmari verbis ipsius Victorini, qui apud Bedam docet, *nunquam tertiodecimo Kalendas Aprileis, etiamsi Luna conueniat, Pascha celebrandum secundum Latinos, sed magis secundum Ægyptios octauo* Kalendas *Maias:* itémque exemplis, habes de anno vltimo Enneadecaëteridis apud Sigebertum ad annum Christi Dionysianum quadringentesimum decimum septimum, & apud Gregorium Turonensem Lib. V. cap. XVII. quæ iam reddidimus. Quanquam inuitus discedam à præstantissimorũ virorum sententia, non possum tamen non ire in alia: Recognoscimus quidẽ lubentes Cyclum Latinorum paria cum illo Alexandrinorum fecisse in plerisque, non tamen vniuersim in omnibus, & tamen annos octauum & decimumnonum tenuisse embolimæos, non minus quàm Alexandrini tenebant; quod iam est probandum, & primum quidem de anno octauo: cui rei facit locus Gregorij Turonensis, quem in superioribus descripsimus: Erat enim annus Christi Dionysianus quingentesimus septimus, vt optimè coniiciebat vir summus, Cyclo Solis XXVI, litera Dominicali C, Cyclo Lunæ Alexandrinorum octauo, quo Cyclo Terminus Paschalis, inquit ὁ μακαρίτης, fuit quartodecimo Kalendas Maij: Ergo Galli ipso Termino, nempe quartodecimo Kalendas Maïas Pascha celebrarunt: Hispani vero è Latinorum, quibus hic annus erat communis, Cyclo celebrarunt Pascha duodecimo Kalendas Aprileis. Verum hic non est audiendus vir magnus;

nam quis credat Latinos, in iis enim censentur Galli, ipso Termino Pascha celebrasse? Religio enim illis fuit, vt docet Victorinus, minus quam sextamdecimam Lunam huic mysterio peragendo destinare; nõ igitur ex Alexandrinorum Cyclo petenda est celebrati à Gallis Paschatis demonstratio, sed ex alio Cyclo, Latinorum nempe, in quo tamen Latini annum octauum Alexandrinorum communem non tenent, ut hinc patet, sed cum embolismo non minus quàm ipsi Alexandrini. Annum quoque Alexandrinorum decimumnonum Latinis fuisse, non minus quàm Alexandrinis, embolimæum euincit exemplum Paschatis celebrati, anno Christi Dionysiano quadringentesimo quinquagesimo quinto, à Romanis quintodecimo Kalendarum Maïarum, hoc est, decimo septimo Aprilis die, cũ Alexãdrini celebraturi essent octauo Kalendarum Maïarum, id est, vicesimo quarto Aprilis die: En Leonis verba hic iterum apponẽda. *De præsentis anni Pascha nulla nobis esse dubitatio potuit, sed de futuro, quod Theophilus Alexandrinæ vrbis Episcopus octauo Kalendarum Maïarum die, quod nunquam ita à tempore Dominicæ resurrectionis celebratum est, credidit adscribendum. Vnde solicitius congruit hoc requiri, vt omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris Annalibus quintodecimo* (exciderant numerales notæ VX.) *Kalendarum Maïarum die aptißimè à Patribus nostris & constitutus legitur, & celebratus.* Leonem Magnum ex alio, quam Alexandrinorum, Cyclo Pascha indixisse atque celebrasse indubitatum est, nec minus quoque certum, Cyclum illum, quo vtebatur Leo, fuisse Pas-

chalem Latinorum Cyclum; habet enim, quo agnoſcatur, characterem. Nam ſcribit Leo, nunquam ex hoc Cyclo celebratum fuiſſe Paſcha octauo Kalendarum Maïarum die; quæ obſeruatio eſt è ratinnibus Cycli Latinorum, qui à tertio Nonarum Martiarum die ad quartum Nonas Aprileis, Lunam naſcentem, hoc eſt, initium primi menſis obſeruant, vtroque termino incluſo; itaque ſi ſtatuatur nata primum Luna quarto Nonas Aprileis, quod eſt remotiſſimum apud illos primi menſis initium, Quartadecima Luna, ſiue Terminus Paſchalis erit decimo ſeptimo Kalendarũ Maïarum, vnde fiet, vt etiamſi aliquando die Sabbati Quartamdecimam eſſe contigerit, atque transferẽdum ſit Paſcha in viceſimam ſecundam Lunam, non tamen octauo Kalendas Maïas celebrandum ſit; vnde optimè ſcribit Leo, nunquam hoc die, octauo Kalendas Maïas, celebratum fuiſſe à tempore Reſurrectionis Dominicæ, quod omnino verum eſt ſecundum rationes Cycli Latinorum. Quare corrigenda ſunt iſta Victorini verba: *Quartasdecimas porro Lunas menſis eiuſdem à quintodecimo Kalendarum Aprilium vſque in ſextumdecimum Kalendas Maïas aſſerunt ſeruandas.* Reſcribendum quippe eſt, *vſque in decimumſeptimum Kalendas Maïas*: nã vterq; terminus includitur. Ex his habemus probatũ Latinos, non minus quã Alexãdrinos, tenuiſſe embol. non cõmunes, annos octauũ atq; decimum nonum Cycli Alexandrinorum, neque tamen paria feciſſe vtrumque Cyclum: Quod etiam nullo negotio de alio anno demonſtrabimus. Deſcripſimus enim iam ante Innocentij primi Romani

Pontificis verba ex Epiſtola ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum, quibus docet anno Chriſti Dionyſiano quadringenteſimo tertio celebrandum eſſe Paſcha, non quemadmodum Alexandrini celebrabant, quia Terminus Paſchalis in Dominicum inciderat, quarto Kalendarum Aprilium die, ſed vndecimo Kalendarum earundem, qui dies erat quidem Alexandrinis Terminus Paſchalis, ſiue Quartadecima; idem tamen (ne quis putet ipſo Termino celebraſſe.) Innocentio cum ſuis erat Luna ſextadecima vertens. Annus Chriſti quadringenteſimus tertius erat Cyclus Solis XX, literâ Dominicali D, Cyclus item Lunæ Alexandrinus quintus, cuius Quartadecima Luna eſt vndecimo Kalendarum Aprilium die, & tamen Innocentio Quartadecima Luna eſt, ſecundum rationes Cycli, quem vſurpabat, tertiodecimo Kalendarum Aprilium; itaque Luna ſextadecima vertit vndecimo Kalendarum earundem, ritéque potuit, imò debuit, Paſcha celebrari, *ne hebdomada alia tranſmiſſa Paſcha in Luna viceſima tertia fieret*, inquit Innocentius; vnde colligimus Cyclum Innocentij fuiſſe, quem Latinorum appellant; nam recipiebant etiam Lunam viceſimam ſecundam Latini huic myſterio peragendo; viceſimam verò tertiam nequaquam: Alexandrini verò diem feſti Paſchalis in viceſimam primam Lunam tantum extendebant. His ita conſtitutis facilè deueniemus ad notitiam Enneadecaëteridis Latinorum, quæ ne forte extra ſuos vagetur terminos, fines regemus ex iis, quæ iam à nobis ſunt obſeruata. Cyclo Lunæ Ale-

xandrinum quintoro Terminus Paschalis est vicesimo secundo Martij die; at vero qui dies erat Alexandrinis Quartadecima Luna, idem fuit anno CCCCIII. Latinis sextadecima vertens, auctore Innocentio; quare Terminus Paschalis Latinis fuit vicesimo Martij die. Rursum, Alexandrinorum Cyclo Lunæ decimonono Terminus Paschalis est decimo septimo Aprilis die: Latini verò, qui in celebrando Paschate sextamdecimam Lunam non anteuertebant, Pascha celebrarunt anno CCCCLV, teste Leone, die decimo septimo Aprilis, quare Latinis Terminus Paschalis, Cyclo decimonono Alexandrinorum, fuit à die nono Aprilis ad quintumdecimũ Aprilis, vtroque termino incluso: Refert autem ibidem idem Leo de anni, quo Epistolam scribebat, is fuit Dionysianus quadringentesimus quinquagesimus quartus, Pascha nullam sibi & Alexandrinis esse dubitationem potuisse: Cyclo igitur decimo octauo Alexandrinorum, is enim fuit annus quadringentesimus quinquagesimus quartus, Terminus Paschalis fuit vicesimo nono Martij die, Pascha quarto Aprilis, eodémque die Latini celebrarunt: quare omnino necessum est, Terminum Paschalem Latinis fuisse à vicesimo septimo Martij die ad secundum Aprilis, vtroque termino incluso. Denique anno Christi Dionysiano, vt est apud Gregorium Turonensem, IↃLXXVII, Cyclo Solis XXVI, litera Dominicali C, Cyclus erat Lunæ Alexandrinorum octauus, & Terminus Paschalis decimo octauo Aprilis die. At verò è Latinis Galli eodem die decimo octauo Aprilis Pascha celebra-

runt: Quare Latinis Terminus fuit à decimo Aprilis die ad ſextumdecimum Aprilis, vtroque termino incluſo: Ex his hanc Enneadecaëteridis Latinorum tabellam conſtruximus, & comparauimus cum Nicæna Alexandrinorum.

ANNI ENneadecaëteridis Alexandr.	DIES IN QVEM cadit decima quarta Niſan.		ANNI ENneadecaëteridis Latinorum.	DIES IN QVEM cadit decima quarta Niſan.	
XII.	IV. April.	C.	I.	Kal. April.	G
XIII.	XXIV. Mart.	F	II.	XXI. Mart.	C
XIV.	XII. April.	D	III.	IX. April.	A
XV.	Kalẽd. April	G	IV.	XXX. Mart.	E
XVI.	XXI. Mart.	C	V.	XVIII. Mar.	G
XVII.	IX. April.	A	VI.	VI. Aprilis.	E
XVIII.	XXIX. Mar.	D	VII.	XXVII. Ma.	B
XIX.	XVII. April.	B	VIII.	XIV. April.	F
I.	V. April.	D	IX.	III. Aprilis.	B
II.	XXV. Mart.	G	X.	XXIII. Mar.	E
III.	XIII. April.	E	XI.	XII. April.	D
IV.	II. April.	A	XII.	XXXI. Mar.	F
V.	XXII. Mart.	D	XIII.	XX Martij.	B
VI.	X. April.	B	XIV.	VIII. April.	G
VII.	XXX. Mart.	E	XV.	XXVIII. M.	C
VIII.	XVIII. Apr.	C	XVI.	XV. Aprilis.	G
IX.	VII. April.	F	XVII.	IV. Aprilis.	C
X.	XXVII. Mar.	B	XVIII.	XXIV. Mar.	F
XI.	XV. April.	G	XIX.	XIII. April.	E

Hanc Enneadecaëteridem forte interpolauit Victorinus, nam eius Periodus ab anno Christi Dionysiano vicesimo octauo, in quem optimè eius Baptismum confert, incipit; primusque Periodi Victorini annus est decimus octauus huius nostræ Enneadecaeteridis, ita namque incipit Periodus Victorini in mẽbranis Scaligeri: V.CC.XXVIII. *secundum* LXX. *CYCLVM VICT. IAN. F.V. Lun.* XXVIII. PAS. V.K. *April. Lun.* XVII. id est, Pascha fuit vicesimo octauo Martij die, sed excidit nota numeri digitalis in Lunæ ætate, non enim quinto Kal. April. Luna fuit decima septima, sed decima octaua. Hoc vnum tantum nobis constat, Victorinum voluisse anno quinto Latinorum si quando contingeret Terminum Paschalem, qui est decimo octauo Aprilis die, cadere in feriam sextam, Pascha non esse celebrandum tertiodecimo Kalendas Aprileis, secundum Latinos, qui eo scilicet die celebrabant, etiamsi Luna conueniat, id est, sit sextadecima, sed secundum Ægyptios octauo Kalendas Maïas; quibus tamen verbis non significat, meo iudicio, annum, quo Terminus Paschalis est die decimo octauo Martij secundum Latinos, Alexandrinis fuisse embolimæum, sed quemadmodum Alexandrini interkalabant embolimæum mensem, (quod fiebat anno decimonono, itemq; octauo.) ne Terminus Paschalis caderet in decimum octauum, itémque decimum nonum Martij diem, ita hoc anno interkalandum esse pro more illorum, immota tamen manente serie sede annorum Enneadecaëteridis, ac

ſi interkalatum non fuiſſet. Sed iſta ſatis, periculum enim faciendum eſt huius Enneadecaëteridis. Innocentij verba in ſuperioribus deſcripſimus; Annus, de cuius Paſchate celebrando agit eâ Epiſtolâ Innocentius, erat Chriſti Dionyſianus quadringenteſimus tertius, Cyclo Solis XX. literâ Dominicali D. Cyclo Lunæ Alexandrinorum quinto, cuius Terminus Paſchalis eſt vndecimo Kalendas Aprileis, ſed cùm in Dominicum diem cadat, diffindendus fuit ab Alexandrinis feſtiuitatis Paſchalis dies in ſequentem Dominicum, qui fuit quarto Kalendas Aprileis. At verò Innocentio Pontifici fuit vndecimo Kalendas Aprileis Luna ſextadecima, non quartadecima, itaque Paſcha celebrauit ſecundum Cycli ſui rationes vndecimo Kalendas Aprileis. Quare exiſtimabat Illuſtris Scaliger Innocentium ſecutum fuiſſe ἑξάπλωσιν & πεντάπλωσιν, aut aliquam proximam huic methodum. Sed pace viri maximi dixerim, neque eſt ἑξάπλωσις & πεντάπλωσις, neque proxima huic methodus: Cyclus enim erat, vt diximus, Alexandrinorum quintus, ac proinde ſecundus τῶν ἑξαπλωσιώντων καὶ πενταπλωσιώντων, itaque non aliam, quam Alexandrini, colligebant Quartamdecimam. E noſtra vero tabella comparatur Cyclus Alexandrinorum quintus cum Cyclo tertiodecimo Latinorum, qui Terminum Paſchalem habet tertiodecimo Kalendas Aprileis: fuit igitur ſextadecima Luna ſecundum huius Cycli rationes vndecimo Kalendas Aprileis; itaque putarunt Latini Paſcha rite vndecimo Kalendas Aprileis poſſe celebrari. Quod verò colligas è

verbis

verbis Innocentij nullam fuiſſe inter Latinos & Alexandrinos dubietatem de Paſchate eius anni, quo Epiſtolam ſcribebat, nempe quadringenteſimi ſecundi, omnino verum eſt. Erat quippe Cyclus Solis XIX. literâ Dominicali E, Alexandrinorum Cyclus Lunæ quartus, Terminus Paſchalis quarto Nonas Aprileis, & Paſcha octauo Eidus Aprileis: fuit autem Cyclus Latinorum duodecimus, Terminus Paſchalis pridie Kalendas Aprileis, Paſcha octauo Eidus Aprileis. Ad alia pergamus. Quo anno Leo Magnus Epiſtolam LXVIII. quæ eſt ad Iulianum Epiſcopum, ſcribebat, nulla inter Latinos & Alexandrinos de Paſcha potuit eſſe dubitatio, nam eadem die Paſcha celebrarunt. Annus is erat Chriſti quadringenteſimus quinquageſimus quartus, Cyclo Solis XV. litera Dominicali C. Alexandrinorum Cyclo Lunæ decimo octauo, Terminus Paſchalis quarto Kalendas Aprileis; Paſcha pridie Nonas Aprileis: Cyclus vero erat ſeptimus Latinorum, Terminus Paſchalis ſexto Kalendas Aprileis, ſed quia Terminus hoc anno cadit in Sabbatum, altera hebdomada tranſmiſſa, Paſcha celebratum eſt pridie Nonas Aprileis. Anno ſequenti Paſcha celebratum eſt ab Alexandrinis octauo Kalendarum Maiarum die, à Latinis quintodecimo Kalendarum earumdem. Is annus erat Chriſti quadringenteſimus quinquageſimus quintus, Cyclo Solis XVI. litera Dominicali B. Cyclo Lunæ Alexandrinorum decimonono, Terminus Paſchalis quintodecimo Kalendas Maïas die, qui eo anno cadit in Dominicum; ergo

diem festiuitatis Paschalis diffiderunt in sequentem, Dominicum, qui fuit octauo Kalendas Maïas. Latinis erat Cyclus octauus, Terminus Paschalis decimo octauo Kalendas Maïas; ergo eo anno Pascha à Latinis quintodecimo Kalendas Maïas celebratum est. Pergamus porro. Apud Gregorium Turonensem ista leguntur Libro X. cap. XXIII. *Dubietas Paschæ fuit ob hoc, quod in Cyclo Victor, Lunâ quintadecimâ Pascha fieri scripsit. Sed ne Christiani vt Judæi sub hac Luna hæc solemnia celebrarent, addidit, Latini autem Luna vicesimâ secundâ. Ob hoc multi in Galliis quintadecimâ Lunâ celebrauerunt. Nos autem vicesimâ secundâ. Inquisiuimus tamē studiosè: sed fontes Hispaniæ, qui diuinitus implentur, in nostrum Pascha repleti sunt.* Putat vir magnus annum fuisse Christi Dionysianum quingētesimum octagesimum octauum, Cyclo Solis IX, Lunæ decimonono, Terminus Paschalis fuit decimo septimo Aprilis die, feria septima. Poterat igitur Dominica proximè sequenti Pascha celebrari, nempe decimo octauo Aprilis die, Luna quintadecima: Sed ait celebratum Luna vicesima secunda, hoc est, vicesimo quarto Aprilis die. Sed ista non sunt commodè diuisa temporibus, & certè intricatissima est hæc historia. Ecce Libro VIII. anno Gunthchrami vicesimo quarto narratur, Gunthchramum Parisios venisse, vt Chilperici filium, quem iam Chlotarium vocitabat, à sacro regenerationis fonte exciperet. At Libro X. eadem repetuntur tanquam gesta anno tricesimo Gunthchrami, qui erat sextusdecimus Hildeberti. Sed verbis quæ descripsimus, referuntur signa & Paſ-

chæ dubietas, non quaſi iſta acciderint ad annum quintumdecimum Hildeberti, qui erat viceſimus nonus Gunthchranni, ſed per ſaturam, quæ pluribus annis acciderunt; ita verba hæc, *Sol eclipſim pertulit menſe octauo mediante* &c. referenda ſunt ad annum Chriſti Dionyſianum quingenteſimum nonageſimũ ſeptimum, in quo ſanè Sol defecit, quintodecimo Nouembris die, hoc eſt, mediante octauo menſe; ſed appoſiti annorum numeri exciderunt, vt in hoc exẽplo, & in iis quæ de Paſchæ dubietate refert. Erat enim annus vndecimus Hildeberti, qui eſt viceſimus quintus Gunthchrani, idemque Dionyſianus quingenteſimus octageſimus ſextus, Cyclo Solis VII, litera Dominicali F, Cyclo Alexandrinorum decimoſeptimo, ac proinde Latinorum (quorum habenda eſt ratio, non Alexandrinorum, nam Galli Cyclo Latinorum ſiue Victorij vtebantur, è quo, non ex illo Alexandrinorum, Terminus Paſchalis eſt inueſtigandus, & de Paſchate ſtatuendum.) Cyclo ſexto, cuius Terminus Paſchalis octauo Eidus Aprileis, qui hoc anno cadebat in Sabbatum; quare alij quintadecima Luna, alij viceſima ſecunda Paſcha celebrarunt. Sequitur ibidem. *Teeræ motus factus eſt magnus, XVIII. Kal. menſis quinti, die quarto.* Duo hic in vnum coaluerunt numeri, qui tamen diligenter ſunt diſtinguendi. Adnotabatur enim anno decimo Hildeberti, octauo Kal. Auguſti, feria quarta, terræ motum factum fuiſſe: Annus decimus Hildeberti eſt Dionyſianus quingenteſimus octageſimus quintus. Cyclo Solis VI, litera Dominicali, G, ergo dies octauus Kalendas Au-

gusti fuit feria quarta. Restat expendendus hoc capite locus è Fredegarij Scholastici Chronico cap. CX. *Interim, (quod dici dolor & mœror sollicitat ruinam.) in Sole Luna & stellis noua signa apparuere, seu & Paschalis ordo sacratissimus turbatus fuit.* Conferuntur ista ab Illustri viro in annum Christi Dionysianum septingentesimum quadragesimum primũ, in quem confertur obitus Caroli Tuditis: Erat, inquit, Cyclus Lunæ XIX, quare alij Martio mense, alij IX. Kal. Maij Pascha celebrarunt. Sed neque vltimus annus Enneadecaëteridis Alexandrinorum erat in Latinorum Cyclo sine embolismo, neque, quod caput est, annus ɪↃCCXLI. Christi est vltimus Enneadecaëteridis Alexandrinorum; sed primus. Quare existimamus ista esse referenda ad annum Christi septingentesimum tricesimum octauum, Cyclo solis XVIII, litera Dominicali F. Erat Cyclus Alexandrinorum XVII, ac proinde Latinorum sextus, quo vtebantur Galli; Terminus Paschalis octauo Eidus Aprileis; itaque alij celebrarunt die sequenti, septimo Eidus Aprileis, Luna quintadecima, alij in Lunam vicesimam secundam, quæ fuit decimo octauo Kalendas Maïas die, diffiderunt.

CAPVT X.

NON possumus satis mirari inter Christianos fuisse, qui Quartamdecimam Lunam siue Terminum Paschalem obseruarent ex Enneadecaëteride Iudaïca Hillelis, quanquam Pascha celebra-

rent Christiano ritu, hoc est, non ipso Termino Paschali, sed Dominica, quæ Quartamdecimam Iudaïcam R. Hillelis sequebatur. Hæcque caussa est, meo iudicio, cur meminerit B. Ambrosius Paschatis à Iudæis celebrati, quia erant ex Italis Christianis, qui hanc Iudæorum Quartamdecimam Lunam obseruarent, vt & in Hispania, in qua sedes fixas habuerunt Iudæi multos annos: Id exemplis comprobabimus. Verba Sigeberti sunt ad annum Christi Dionysianum quadringentesimum decimum septimum. *Quidam Occidentales vltimo anno Cycli decemnouennalis pro embolismo communem annum tenentes, ac per hoc in celebrando Pascha aberrantes, diuino miraculo ad veritatem reuocantur. In vna enim Italiæ Ecclesia, vbi annatim Sabbato sancto Paschæ, horâ baptizandi solebat aqua diuinitus manare, & statim ex sese redire, nullo deductorio penitus apparente, nunc temperius iusto, id est, octauo Kalendas Aprileis Pascha celebrantes, aqua non emanans expectatione totius diei ac noctis fefellit, legitimo autem die Paschæ, horâ baptizandi, aqua solito emanans, decimo Kalendas Maij Pascha debere celebrari ostendit.* Annum fuisse CCCCXVII. declarat etiam Paschasius Lilybæi Episcopus epistolâ ad Leonem Magnum. *Non ergo nos dies vna longius posita terreat: ne, cum hoc euitamus, incurramus errorem, sicut tempore beatæ recordationis Domini mei, prædecessoris vestri Zozimi, Consulatu Honorij Augusti vndecimo, & Constantij secundo. Tunc enim cum declinaretur ne decimo Kalendas Maij dies Paschæ teneretur, celebratum octauo die Kalendas Aprileis, id est, pro embolismo communis annus ten-*

tus eſt, & error grauiſſimus eſt ortus, in tantum vt miniſterio certo, quod dono Sancti Spiritus miniſtratur, hæc veritas probaretur. Anno Chriſti Dionyſiano quadringenteſimo decimo ſeptimo, Cyclus erat Solis VI. literâ Dominicali G. Cyclus Lunæ Alexandrinorum decimus nonus, Terminus Paſchalis quintodecimo Kalendas Maïas. Cyclus erat Latinorum octauus, Terminus Paſchalis decimo octauo Kalendas Maïas Sabbato, ergo Paſcha non proximo die Dominico ſed ſequenti, qui erat decimus Kalendas Maïas, celebratum eſt. Quod vero attinet Italos illos, qui hoc anno CCCCXVII. Paſcha celebrarunt octauo Kalendas Aprileis alia ſunt vſi periodo, nempe ex Enneadecaëteride Iudaïca R. Hillelis Terminum Paſchalem collegerunt. Anno Chriſti Dionyſiano quadringenteſimo decimo ſeptimo à diebus autumnalibus cepit annus decimus ſeptimus Enneadecaëteridis R. Hillelis tertio Kalendas Septembreis feria quinta, fit enim duarum feriarum tranſlatio, aſtronomica vna propter horas octodecim, & altera politica propter אדו iam vero ex hoc dierum 242.

ANNI. CHRISTI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.
417.				
343.				
74.	253.	3.	19.	530.
343.	13.	7.	1.	0.
	240.	3.	18.	530.

numero ducendi ſunt 164. dies & feriæ tres, reſtabit dies Quartæ decimæ Niſan. Fuit igitur Quar-

DIES.	FERIÆ.
242.	5.
164.	3.
78.	2.

tadecima Niſan Iudaïca quarto decimo Kalendas Aprileis, feriâ ſecundâ, eademque erat Terminus Paſchalis Italis illis Chriſtianis, quorum meminerunt Paſchaſius Epiſcopus & Sigebertus: Paſcha vero ἀναστάσιμον octauo Kalendas Aprileis celebrarunt. Sequitur aliud exemplum à Gregorio Turonenſi Lib. V. cap. XVII. *Eo anno dubietas Paſchæ fuit. In Gallijs vero nos cum multis ciuitatibus decimoquarto* Kalendas *Maias ſanctum Paſcha celebrauimus. Alij vero cum Hiſpanis duodecimo Kalendas Aprilis ſolennitatem hanc tenuerunt: tamen (vt ferunt) fontes illi qui in Hiſpaniis nutu Dei complentur, in noſtro Paſcha repleti ſunt.* Annum hunc eſſe Chriſti Dionyſianum quingenteſimum ſeptuageſimum tertium prodidit Sigebertus, & ex eo illuſtris Baronius, ſed perperam; itaque Scaliger è Gregorio Turonenſi, qui ſcribit annum fuiſſe ſecundum Hildeberti, conijcit in annum Chriſti Dionyſianum quingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum: Cyclus erat Lunæ octauus Alexandrinorum, Solis XXVI. literâ Dominicali C. Terminus Paſchalis quartodecimo Kalendas Maïas: ergo ipſo Termino Paſcha celebrarunt. Verum quidē eſt annū fuiſſe quingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimū, ſed Galli tunc tēporis celebrarunt Paſcha è Cyclo Latinorum, non Alexandrinorum; Erat autem Cyclus Latinorum ſextusdecimus, cuius Paſchalis Terminus eſt decimoſeptimo Kalendas Maïas: Quare hoc anno Paſcha quartodecimo Kalendas Maias celebratum eſt à Latinis. Hiſ-

pani vero, qui dicuntur Pascha celebrasse duodecimo Kalendas Aprileis, solennitatem hanc tenuerunt è Iudaica Hillelis Enneadecaëteride, è cuius ratiociniis suam collegerunt Quartamdecimam. Anno Christi Dionysiano quingentesimo septuagesimo septimo inibat annus sextus Enneadecaëteridis R. Hillelis à diebus autumnalibus tertio Kalendas Septembreis, feria secunda, fit enim translatio vnius feriæ, & tum propter astronomicam causam, horas nempe octodecim, cùm politicè propter ארו iam vero ex hoc dierum 242. numero deducendi sunt dies 164. & feriæ tres, reliquabitur dies Quartædecimæ Nisan. Fuit igitur Quartadecima Nisã Iudaïca die quartodecimo Kalendas Aprileis, feria sexta, eademque Terminus Paschalis fuit Hispanis, qui duodecimo Kalendas, Aprileis Pascha celebrarunt.

Anni Chr.	Dies.	Fer.	Hor.	I.
577.				
571.				
6.	255.	4.	13.	1057
571.	13.	2.	18.	420
	241.	1.	19.	637

Dies.	Feriæ.
242.	2.
164.	3.
−8.	6.

SAMVELIS

SAMVELIS PETITI
ECLOGÆ CHRONOLOGICÆ
LIBER IV.
DE CYCLIS GRÆCORVM.

CAPVT I.

ANTEQVAM agamus de variis annorum formis, quæ in terra Græcia obtinuerunt, adstruenda est necessario in antecessum series mensium Atticorũ. Vir CL. Theodorus Gaza, quo maiorem Græcia non habuit, non Latium, edidit libellum de mensibus Atticis, cuius sententiam castigauit Illustris Scaliger in nunquam satis laudato de Emendatione Temporum opere, alioque, quam fuerat à Gaza factum, ordine autumnales & hibernos menses digessit, vt habes in hoc Latercido:

MENSES ATTICI.

E. TH. GAZA.	E. SCALIGERO.
ÆSTIVI.	ÆSTIVI.
Hecatombæon.	Hecatombæon.
Metagitnion.	Metagitnion.
Boëdromion.	Boëdromion.
AVTVMNALES.	AVTVMNALES.
Mæmacterion.	Pyanepſion.
Pyanepſion.	Mæmacterion.
Anthesterion.	Poſideon.
HYBERNI.	HYBERNI.
Poſideon.	Gamelion.
Gamelion.	Antheſterion.
Elaphebolion.	Elaphebolion.
VERNI.	VERNI.
Munychion.	Munychion.
Thargelion.	Thargelion.
Scirrophorion.	Scirrhophorion.

Atque hanc ſuam ſententiam validiſſimis adeo iuit

confirmatum argumentis Scaliger, vt mereretur omnium eruditorum aſſenſum, quem tamen illi nõ præbuit nuperus ſcriptor in Libris de Doctrina Temporum, ſed controuerſiam ei facit de ſede Pyanepſionis & Mæmacterionis: Pyanepſionem quartum facit Scaliger, Mæmacterionem quintum; contra Gaza Mæmacterioni quartum locum adſcribit, Pyanepſioni quintum, eiuſque ſententiam tuetur Epiphanianus Animaduerſor hoc argumento. Pyanepſionem quintum potius eſſe numerandum, quam quartum, ex eo colligitur, quod hiemi quoque tribuatur: Nam Theſmophoria Pyanepſione menſe agitabantur, vt Plutarchus in Demoſthene ſignificat: Theſmophoria porro in hyemem incurrere teſtatur Ariſtophanes Θεσμοφοριαζούσαις, apud quem Agathonis ſeruus de Theſmophoriorum tempore ſic loquitur:

--- αὐτὸς γὰρ ἔξεισι τάχα
Καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται, χειμῶνος ὄντος
Ουτος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον,
Ην μὴ προεΐη θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον.

Addit quoque alias rationes à Theodoro propoſitas. Ariſtoteles Lib. VI. Hiſt. Animal. cap. XXIX. Boëdromioni Mæmacterionem ſubiungit, vbi de ceruorum initu loquitur, ἡ δ' ὀχεία γίνεται μετ' Ἀρκτοῦρον περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα. Duo ex his verbis rectè concluduntur: Alterum, Mæmacterionem paulò poſt Arcturi ortum incipere, alioqui fruſtra Mæmacterionem Boëdromioni ſubiiceret: Arcturus autem circa autumnale æquinoctium ori-

tur. Nam Theophraſtus κερωνίαν florere ſcribit περὶ Ἀρκτοῦρον τε καὶ ἰσημερίαν. Galenus inſuper, ἔστι μὲν, inquit, ὡραιότατον τῆς ἐλάτης τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ Ἀρκτούρου· ἥτις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ ὁ καλούμενος μὲν σεπτέμβριός ἐστι, Quare modicum à Septembri diſtare Mæmacterionem neceſſe eſt. Alterum, quod Gaza colligit, eſt, Mæmacterionem eſſe proximum Boë·dromioni. Nam quoties duos menſes ita copulat, vt aliquid, præſertim circa certum tempus, accidere illis menſibus dicat, continuos eſſe menſes oſtendit. Ita cum de bobus agit: ἄρχονται τῆς ὀχείας αἱ βόες περὶ τὸν Θαργηλιῶνα μῆνα καὶ Σκιρροφοριῶνα. Multo magis cùm præterea certum tempus & cardinem coniungit, vt περὶ τὰς τροπὰς & περὶ τὸν Ἀρκτοῦρον. Tum enim προσεχεῖς illi menſes ſunt habendi. Præterea Lib. VI. cap. XII. ſcribit idem Ariſtoteles, imbecilliora quæque tam in piſcium, quàm in auium genere, appetente frigore, prius in commodiora loca migrare, vt coturnices, antequam grues: τὰ μὲν γὰρ μεταβάλλει τοῦ Βοηδρομιῶνος, τὰ δὲ τοῦ Μαιμακτηριῶνος. At verò grues menſe proximo ab eo, quo coturnices auolant, migrare cernimus. Eſt igitur Mæmacterion Boëdromioni proximus. Poſtremò idem Ariſtoteles Lib. VI. cap. XI. ſcribit inter γαλέοις, quos muſtelos vertit Gaza, eum, qui ἀστερίας dicitur, ἄρχεσθαι ὀχεύεσθαι Μαιμακτηριῶνος μηνὸς, quod ſtatim poſt æquinoctium contingere piſcatores teſtantur. Atque iſta ſunt, quæ aduerſus viri ſummi ſententiam è Gaza adferuntur, ſed fruſtra. Nam prima ratio è Comico petita non eſt huius

loci. Quanquam enim eo dramate in ſcenam ab Ariſtophane in ducantur feminæ Theſmophoria Cereris ſacra celebrantes, multa tamen dicuntur in eo habita ratione illius temporis, non quo inducuntur feminæ Theſmophoria agitare, quod tempus in Pyanepſionem menſem incidit, ſed quo commiſſum eſt drama. Docuit autem hoc drama Ariſtophanes non Pyanepſione menſe, ſed Dionyſiis τοῖς κατ' ἄςυ, quæ celebrabantur Elaphebolione menſe, præcipitata iam hyeme, & imminente vero nouo, atque hinc eſt, quod de Agathone dixit:

Καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται, χειμῶνος ὄντος
Ουτος κατακάμπτειν τὰς ςροφὰς οὐ ῥάδιον,
Ην μὴ προσείη θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον.

Nam referenda iſta ſunt ad Elaphebolionem, non Pyanepſionem menſem, quia Elephabelione ver nouum imminet, & omnino ad hanc anni tempeſtatem & hunc menſem pertinet primus hic. Comœdiæ verſus,

Ω Ζεῦ· χελιδὼν ἆρα ποτε φανήσεται.

Quod enim de hirundine dicit, nullo modo poteſt referri ad illam anni tempeſtatem, cuius pars eſt Pyanepſion. Nam Pyanepſione menſe, quoquo tandem ordine colloces, ſiue ante, ſiue poſt Mæmacterioné, iam abierant hirundines, non rediturae niſi circa extremum menſem Elaphebolionem, quo menſe vertente acta eſt hæc Comœdia, vnde merito aduentantibus iam eo tempore hirundinibus potuit dicere Comicus,

Ω Ζεῦ· χελιδὼν ἆρα ποτε φανήσεται.

Abijſſe autem hirundines ante Pyanepſionem menſem certiſſimum eſt. Nam Pyanepſion eſt poſt ortum ſideris Arcturi. Oriente autem Arcturo abeunt hirundines Plinius Lib. XVIII. cap. XXXI. *Signum orientis Arcturi ſeruetur hirundinum abitus: namque deprehenſæ intereunt.* Sequitur maioris momenti locus è Lib. VI Hiſt. Animal. cap. XXXI. vbi agit Philoſophus de ceruorum coitu: ἡ δ' ὀχεία τῶν μετ' Ἀρκτοῦρον περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα. Qui locus tantum abeſt, vt aduerſetur ſententiæ Scaligeri, vt contra eo, tanquam validiſſimo telo, conficiatur Gazæ, & aliorum, qui in eam eunt, ſententia. Eſt igitur locus à nobis paulò accuratius & diligentius expendendus. Eum ita vertit optimus interpres Plinius Lib. VIII. cap. XXXII. *Conceptus ceruarum poſt Arcturi ſidus.* Sed longè melius Ariſtoteles, qui iſta, *poſt Arcturi ſidus*, μετ' Ἀρκτοῦρον, quomodo ſint intelligenda docet, cùm addit, περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα. Vult enim ſignificare tempus legitimum conceptus ceruarum eſſe poſt ortum Arcturi ſideris, vel poſt eiuſdem occaſum. Tempus autem vtrumque deſignat menſibus, vel quo Arcturus oritur, vel qui occaſum illius immediatè ſequitur. Nam ſi ſimpliciter dixiſſet, μετ' Ἀρκτοῦρον, *poſt Arcturi ſidus*, non magis ſignificaſſet ortum illius ſideris, quàm occaſum, imò iam confectum eſſe deſignaſſet, at cùm addit eſſe περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα, docet intelligi tempus poſt ortum Arcturi. Exoritur autem Arcturus circa æquinoctium autumni menſe Boëdromione. Plinius Lib. II. cap. XLVII. *Sidus Arcturi exori-*

tur vndecim diebus ante ęquinoctium autumni. Idem lib. XVIII. cap. XXXI. *Nonis Septembris exoritur Atticę Arcturus matutino. Quinto Eidus Septemb. Cęsari capella oritur vesperi. Acturus verò medius pridie Eidus, vehementissimo significatu terrâ mariq; per dies quinque. Ratio eius hęc traditur. Si Delphino occidente imbres fuerint, non futuros per Arcturum.* Oriebatur igitur Arcturus mense Boëdromione, idemque occidebat circa initia mensis Mæmacterionis: Nam ab ortu ad occasum Arcturi quasi duorum mensium interuallum est. Plinius ibid. *Pridie Kalendas Nouembris Cæsari Arcturus occidit, & Suculæ oriuntur cum Sole: Quarto Nonas Nouembris Arcturus occidit vesperi.* Hæc igitur ratio est, quare coniungat Aristoteles Mæmacterionem cum Boëdromione, quia scilicet vtrumque tempus, τὸ περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ τὸ περὶ τὸν Μαιμακτηριῶνα, est μετ' Ἀρκτοῦρον, *post* *Arcturi Sidus* illud quidem, post ortum Arcturum; hoc verò, post occasum: vtrumque autem est commodissimum. Nam post coitum imbres expetunt cerui. Aristoteles. ἐπειδὰν δ' ἐμπλησθῶσι αἱ θήλειαι, ἐκκρίνονται οἱ ἄρρενες καθ' ἑαυτούς. καὶ διὰ τὴν ὁρμὴν τὴν περὶ τῶν ἀφροδισίων, ἕκαστος μονούμενος, βόθρους ὀρύττει, καὶ βρωμᾶται ὥσπερ οἱ τράγοι· καὶ τὰ πρόσωπα, διὰ τὸ ῥαίνεσθαι, μέλανα γίγνεται αὐτοῖς, ὥσπερ τὰ τῶν τράγων. οὕτω δὲ διάγουσιν, ἕως ἂν ὕδωρ γένηται. Plinius Libro VIII. cap. XXXII. *A conceptu separant se. At mares relicti rabie libidinis sæuiunt: fodiunt scrobes. Tunc rostra eorum nigrescunt, donec aliquando abluant imbres.* Iam vero post Arcturum abundè est ceruis imbrium copia, qua opus habent, vt se

abluant: Nam post Arcturi sideris ortum fiunt imbres, nisi Delphino occidente iam fuerint, Post eiusdem quoque Arcturi occasum, cùm exoriantur Suculæ, sequitur pluuium tempus, & vis imbrium magna. Ex his vides Mæmacterionem ab Aristotele cõiungi cum Boëdromione, non quod ei sit proximus, sed quia vterque est μετ' Ἀρκτοῦρον post Arcturi sidus: Boëdromion post Arcturi ortum, Mæmacterion vevero post occasum: Atque ita necessariò mensis intercedit inter Boëdromionem & Mæmacterionem, qui Pyanepsion est. Quod vero ad locum Aristotelis attinet è Libro VI. cap. IX, vbi agit de pisce, qui *asterias* dicitur, nunquam probabit Theodorus ex his Philosophi verbis, ἄρχονται δ' ὀχεύεσθαι μηνὸς Μαιμακτηριῶνος, Mæmacterionem immediatè sequi Boëdromionem, & ei proximum esse, vt & ἀπὸ ἰσημερίας. Nã quod addit Gaza περὶ τῆς νάρκης καὶ ῥίνης, μικρὸν πρὸ τῆς ἰσημερίας τῆς φθινοπωρινῆς τίκτειν· καὶ περὶ ἰσημερίαν δὴ τίκτειν καὶ ἀστερίαν τῶν σελαχωδῶν ὄντα, καὶ ὁμογενῆ τῇ νάρκῃ καὶ τῇ ῥίνῃ: ἰσημερία μὲν οὖν διὰ ταῦτα περὶ Μαιμακτηριῶνα, falsus est Vir Clarissimus. Nam quod ad τὴν ῥίνην attinet, adeo falsum est parere circa æquinoctium, vt contra scribat Aristoteles eodem cap. parere brumali Vergiliarum occasu: ῥίνη δὲ τίκτει καὶ τοῦ μετοπώρου πρὸς δύσιν Πλειάδος χειμερινὴν, τὸ ὕστερον. Torpedinem vero parere scribit περὶ τὸ φθινόπωρον, circa autumnum, non autem addit, an circa nouum, vel adultum, an denique circa præcipitatum, itaque nihil certi inde cõcludas parere circa æquinoctium. Sequitur demum locus è Lib. VIII. cap. XIV. vbi

docet

docet Philoſophus auolare coturnices ante grues, illas quidem menſe Boëdromione, has vero Maimacterione; vnde, inquiunt, colligitur Mæmacterionem proximum eſſe Boëdromioni, quia coturnices nonniſi menſe vno gruibus præuertunt. Sed quid tum poſtea? Coturnices loca mutant extremo menſe Boëdromione; grues vero Mæmacterione nouo, cùm iam hyems imminet. Præuertunt autem coturnices gruibus menſe vno; ergo inter Boëdromionem & Mæmacterionem medius eſt Pyanepſion. Certè grues non mutant loca, niſi cogente maximè frigore; itaque etiam auium poſtremæ, vel inter poſtremas loca mutant. Atqui Mæmacterione mutant, ergo imminente iam hyeme, & appetente maximè frigore: Quare Mæmacterion non erit Boëdromioni proximus, nondum enim poſt Boëdromionẽ hyems imminet, per anni quidem tempeſtatem: Eſt igitur inter Boëdromionem atque Mæmacterionem medius Pyanepſion; Mæmacterionem ſequitur Poſideon, de quo obſeruant veteres ad Ariſtophanem Magiſtri: τὸ λοιπὸν χειμὼν ἐστι. Atque ita vides Mæmacterione menſe grues mutare loca, imminente hyeme, & appetente frigore; nam Poſideon, quo menſe χειμὼν ἐστι, Mæmacterionem excipit.

Capvt II.

Cvm maximè innitatur annus Græcorum æquabilis doctrinæ illi de cardinibus anni, quorũ alterũ, *ſolſtitium* ſcilicet, commiſſum olim putamus die

octauo Eidus Iulias, alterum, *brumam* nempe, die ſeptimo Eidus Ianuarias, adſtruenda eſt hæc noſtra ſententia auctoritate veterum, qui eam non denegabunt veritati aſſerendæ, ij ſunt Ariſtoteles & Theophraſtus, qui cùm *ſolſtitium*, aut *brumam* nominant, diem octauum Eidus Iulias, & ſeptimum Eidus Ianuarias deſignant: atque vt de hac poſteriori prius agamus, huic noſtræ obſeruationi teſtimonium dicit Ariſtoteles Libro V. Hiſt. Animal. cap. VIII. agens de halcedone, quæ circa *brumam* parit: ἡ δ' ἀλκυὼν, τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινάς. διὸ καὶ καλοῦνται, ὅταν εὐδιειναὶ γένωνται αἱ τροπαὶ, ἀλκυόνειοι ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπάς. καθάπερ καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν· ὡς ὁπόταν χειμέριον κατὰ μῆνα πινύσκῃ Ζεὺς ἤματα τεσσαρακαίδεκα, λαθάνεμόν τέ μιν ὥραν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι, ἱερὰν παιδοτρόφον ποικίλας ἀλκυόνος. γίνονται δὲ εὐδιειναὶ, ὅταν συμβῇ νοτίους γίνεσθαι τὰς τροπὰς, τῆς Πλειάδος βορείου γενομένης. λέγεται δὲ ἐν ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ποιεῖσθαι τὴν νεοττίαν· ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἑπτὰ ἡμέραις, τίκτειν καὶ ἐκτρέφειν τὰ νεόττια. Auſter, quando committitur *bruma*, de qua loquitur Ariſtoteles, vt plurimum flat: iam vero conſtat è Gemino, à quo ſuum accepit Atticum parapegma Scaliger, Notum non flare, quando committitur *bruma* Euctemonis, aut Calippi, aut Eudoxi, (de quarum altera intelligendus poſſet videri Ariſtoteles.) Sed potius χειμαίνειν. Geminus. τὸν δὲ Αἰγόκερων ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις κθ. ἐν μὲν οὖν τῇ α'. ἡμέρᾳ Εὐκτήμονι τροπαὶ χειμεριναὶ, ἐπισημαίνουσι. Καλίππῳ Τοξότης λήγει ἀνατέλλων. τροπαὶ χειμεριναί, χειμαίνει. ἐν δὲ τῇ β' Εὐκτήμονι Δελφὶς ἐπιτέλλει, χει-

μαίνει. ἐν δὲ τῇ η'. Εὐδόξῳ ὕεται χειμεριναὶ, χειμαίνει. De hac igitur *bruma* non eſt intelligendus Ariſtoteles. A die ſeptimo, quo Sol Capricornum peragrare cepit ex Euctemonis ſententia, non adnotatur χειμαίνειν, ſed ad duodecimum, qui cadit in Nonas Ianuarij Iuliani, obſeruat idem Geminus Auſtrum flare. ἐν δὲ τῇ ιβ' Δημοκρίτῳ Νότος πνεῖ. *** ὡς ἐπιτέλλει. Diei præcedenti, nempe nono menſis Tybi, hoc adſcribit Ptolemæus: θ. Δημοκρίτῳ Νότος πνεῖ ὡς τὰ πολλά. atque ita reſcribendum videtur apud Geminum, Δημοκρίτῳ Νότος πνεῖ ὡς τὰ πολλά, niſi quis malit forte, Δημοκρίτῳ Νότος πνεῖ, Αἰγόκερως ἐπιτέλλει. Sed ad rem. Die quartodecimo, qui eſt ſeptimus Eidus Ianuarias *brumæ* ſedes antiquis, Notus flat, vt & duobus ſequentibus. Geminus. ἐν δὲ τῇ ιδ. Εὐκτήμονι μέσος χειμών. Νότος πολὺς ἐπιπνεῖν χειμερινὸς κατὰ θάλασσαν. ἐν δὲ τῇ ιε. Καλίππῳ Αἰγόκερως ἄρχεται ἀνατέλλειν, Νότος. ἐν δὲ τῇ ιϛ. Εὐκτήμονι Νότος χειμέριος κατὰ θάλασσαν, itemque die decimo octauo. ἐν δὲ τῇ ιη. ἀκρόνυχος ἐπιδύνει ὁ Περσεὺς, καὶ Νότος πνεῖ. Atque hinc liquet Halcedonios dies non eſſe attribuendos *brumæ*, ſiue ea ſit Euctemonis, ſiue Eudoxi, ſed potius antiquæ huic, quæ ſtatuebatur die ſeptimo Eidus Ianuarias, circa quam ſunt εὐδιειναὶ καὶ νότιοι ἡμέραι. Quod ad *Solſtitij* diem attinet, quem diximus fuiſſe diem octauum Eidus Iulias, de eo inſignis eſt Plinij locus Lib. XVI. cap. XXV. *At vites & oleæ florentibus iam iis germinant. Concipiunt Vergiliarum exortu. Hoc ſidus illarum eſt. Floret autem* Solſtitio *vitis, & quæ paullo ſerius incipit, olea. Defloreſcunt omnia ſeptenis diebus, non*

celerius, quædam tardius, ſed nulla pluribus bis ſeptenis. Omnia & intra octauum Eidus Iulij, Eteſiarum præcurſu. Caue hic intelligas *Solſtitium* Romanum ſiue Iulij Cæſaris, quanquam ſuis Romanis ſcribat Plinius, quod die ſexto Kalendas Iulias committi putabant; nam ita non conſtaret dierum numerus, quem exigit Plinianus calculus; à die namque ſexto Kalendas Iulias ad octauum Eidus Iulias ſunt dies tantum tredecim, vtroque termino incluſo: Atqui ſi, exempli gratia, vitis, vt mittam oleam, quę paullo ſerius incipit, floreret die quarto Nonas Iulias, cùm ſeptenis diebus, non celerius, deflorescat, non deflorescet intra octauum Eidus Iulias: Dicet aliquis florere & deflorescere à *ſolſtitio* Romano ad Prodromorum finem, qui, teſte Plinio Libro II. cap. XLVII, deſinunt die quintodecimo ante Kalendas Auguſtas. Sed prius quidem reſpondemus, nõ id ſonare verba Plinij; nam omnino dies octauus Eidus Iulias eſt terminus: Deinde, quod caput eſt, vites germinant ad quintumdecimum diem ante Kalendas Auguſtas; quare ſunt quæ nondum floruerunt ad diẽ quintumdecimum Kalendas Auguſtas. Huius rei teſtis eſt Theophraſtus Lib. III. de Cauſis Plantarum cap. XXI. βλαστάνει δὲ ἡ ἄμπελος μέχρι τῆς κυνὸς ἐπιτολῆς. ὅταν δὲ ἐπιτείλῃ, παύεται τὰ μέλλοντα καλῶς ἐσκύμονα γίνεσθαι. πεπαυμένης δὲ τῆς αὐξήσεως, φύσιν ἔχει συνίστασθαι τὴν ὑγρότητα τοῦ βλαστοῦ, καὶ ἐκ ταύτης φύεσθαι τὸν καρπόν. Vbi fructum edit vitis, quemadmodum & olea, florem quoque emittit; nam circa fructum flos emittitur. Theophraſtus Libro I. Hiſtoriæ Planta-

rum cap. XXII. διαφέρει δὲ τὰ ἄνθη καὶ κατὰ τὴν ἔκφυσιν, καὶ θέσιν· τὰ μὲν γὰρ ἔχει περὶ αὐτὸν τὸν καρπὸν· οἷον, ἄμπελος, ἐλαία. Si igitur nonnullæ vites germinant ad diem vſque quintumdecimum Kalendas Auguſtas, ergo non omnes floruerunt aut defloruerunt ad diem quintū decimum Kalendas Auguſtas: Quare commodè intelligendus eſt Plinius, cuius hæc ſunt verba è Lib. II. cap. XLVII. de Eteſiarum Prodromis. *Ardentiſſimo autem æſtatis tempore exoritur Caniculæ ſidus, Sole primam partem Leonis ingrediente: dies quintusdecimus ante Auguſtas Kalendas eſt. Huius exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant. Poſt biduum autem exortus ijdem Aquilones conſtantius perflāt diebus quadraginta, quos Eteſias vocant.* Secum non conſentit Plinius Lib. XVIII. cap. XXVIII. *Sextodecimo Kalendas Auguſti Aſſyriæ* Procyon *exoritur. Dein poſtridie fere vbique confeſſum inter omnes ſidus indicans, quod Canis ortum vocamus, Sole partem primam Leonis ingreſſo. Hoc fit poſt ſolſtitium viceſimo tertio die. Accenditque Solem, & magnam æſtus obtinet cauſſam. Decimo ſeptimo Kalendas Auguſti Ægypto Aquila occidit matutino, Eteſiarumque Prodromi flatus incipiunt, quod Cæſar decimo Kalendas ſentire Italiam exiſtimauit.* Eudoxus quoque *Prodromorum* principium adſcribebat, decimo Kalendas Auguſti, habes apud Scaligerum è Gemino in Parapegmate Attico.

X. KAL. AVG. Κύων ἐπιτέλλει, καὶ ταῖς ἐπομέναις
Ημέρας πεντήκοντα πέντε Ετήσιαι πνέουσιν. αἱ δὲ
Γέντε αἱ πρῶται Πρόδρομοι καλοῦνται. ΕΥΔΟΞΟΣ.

Totidem quoque cum Eudoxo dies flare *Eteſias* ſcri-

bit Plinius Libro eodem cap. XXXI. *Decimosexto Kalendas Octobreis Ægypto Spica, quam tenet Virgo, exoritur matutino, Etesiæque desinunt.* A die decimo Kalendas Augusti ad diem sextumdecimum Kalendas Octobreis, numerantur dies quinquaginta quinque: Atque ex his patet *Etesias* perflare diebus quinquaginta, *Prodromos* diebus quinque, quorum initium, qui citimum adscribunt, faciunt decimoseptimo Kalendas Augusti, id est, biduo ante Canis exortum. Quare apud Plinium Lib. II. cap. VLVII. rescribendum puto. *Huius exortum biduo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant: Post biduum autem exortus, ijdem Aquilones constantius perflant diebus quinquaginta, quos Etesias vocant.* Atque id quidem in Ægypto; nam quod ad Italiam attinet, è Cæsare docet Plinius, nonnisi decimo Kalendas Augusti *Etesiarum* sentire *Prodromos.* His ita disputatis, vt ad institutum reuertamur, coniicimus Pliniũ Lib. XVI. cap. XXV. cum scribit *florere solstitio vitem*, hoc in loco designasse *solstitium*, (non Cæsaris & Romanum) cuius meminerunt passim Aristoteles atque Theophrastus, idque paullo post clarius significat, cùm terminum, à quo incipiat florere vitis, dicat esse diem octauum Eidus Iulias. Legendum itaque est apud Plinium. *Omnia intra octauum Eidus Iulij, & Etesiarum præcursus.* Sensus autem est, vitem florere & deflorescere intra illud interuallum, quod est à *solstitio*, siue die octauo Eidus Iulias, ad sextum Kalendas Augusti, quo *Prodromi* in Italia desinunt.

CAPVT III.

FVISSE vſurpatum apud Græcos anni, quem *æquabilem* appellat Illuſtris Heros, modũ, probandum eſt aduerſus nuperum ſcriptorem. Obſeruat Galenus Commentario I. in Librum I. ἐπιδημιῶν, non poſſe ſignari diem in anno Lunari, quo committuntur æquinoctia, *ſolſtitium*, & *bruma*, propter incertam menſium anni Lunaris ſedem, cùm ſæpe menſis ſit interkalandus, vt concilientur rationes Solis & Lunæ: καὶ γέγραπταί γε τῶν Ἀστρονόμων, καὶ ἄλλοις τισὶ καὶ Ἱππάρχῳ, ὁπηνίκα χρὴ τοὺς ἐμβολίμους μῆνας ἐμβάλλεσθαι. διότι, ὡς ἔφην, οὕτως ἐπὶ τούτων πρὸς σελήνην ἀριθμουμένων τοὺς μῆνας, οὐκ ἔστιν ὁρίσαι τὰς ἡμέρας. ἐν αἷς αἱ ἰσημερίαι τε καὶ τροπαί, καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἄστρων αἱ ἐπιτολαὶ γίνονται. Hinc colligendum venit, ſi *ſolſtitium*, ſi *bruma* vni menſi apud Athenienſes perpetuò adſcribantur, annum, cuius ille menſis eſt, non eſſe Lunarem: Nam in anno Lunari, ſiue is ſit Metonis, ſiue Calippi, ſiue Harpali, aut Cleoſtraſti, vel in antiquiſſimo denique, *ſolſtitium* aliquando cadit in Scirrhophorionem menſem, nonnumquã in Hecatombæonem; *bruma* verò modo Poſideone menſe committitur, modo Gamelione, ita vt nihil certi poſſit deſignari: non hic loquor de anno illo Lunari dierum trecentorum ſexaginta, quibus altero quoque anno menſis interkalabatur, ſi nupero ſcriptori credimus, eſt enim ab eo excogitatus; adde quod, etiamſi daremus olim heiuſmodi annum fuiſ-

ſe vſurpatum, deſierat eſſe in vſu eo tempore, de quo loquimur: agimus enim de Ariſtotelis ætate, & anno tunc obtinente: Conſtat autem menſi Hecatombæoni ſemper adſcribi *ſolſtitium*, vtpote quod eo menſe ſemper committatur: Teſtis eſt Ariſtoteles, qui Lib.V. Hiſt. Animal. cap.XI. thynnos ait parere menſe Hecatombæone circa *ſolſtitium*: θέρους δ', περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα θυννίς, περὶ τροπάς. Theophraſtus Lib.IV. Hiſt. Plant. cap.XII. τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν τοῦ Σκιρροφοριῶνος καὶ ἑκατομβαιῶνος, ὥσπερ περὶ τροπῶν μικρὸν, ἢ ὑπὸ τροπάς. Scirrhophorion hic eſt paulò ante *ſolſtitium*, Hecatombæone vero committitur. Sed non poſſumus non hic adnotare properantiam nuperi ſcriptoris, qui Theophraſti verba non eſt aſſecutus: nam hæc Theophraſti refert è Lib,III. Hiſt. Plant. cap.VI. vbi de piceæ germinatione agit, ſcribit enim piceam & abietem: τρεῖς ἀφιέναι βλαστούς, τὸν μὲν πρῶτον ἄκρου ἔαρος, εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος· τὸν δὲ δεύτερον διαλιπούσας περὶ τριάκοντα, ἢ μικρῷ πλείους ἡμέρας ἐπιβάλλεσθαι περὶ τὸν Σκιρροφοριῶνα μῆνα λήγοντα· τὸν δὲ τρίτον διαλιπούσας περὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἐπιβάλλεσθαι ἕξ ἢ δέκα ἡμέρας Ἑκατομβαιῶνος. *Ter germinare: primum germen ineunte vere, ſub initium Thargelionis emittere: alterum interiectis triginta & amplius diebus, exeunte Scirrophorione: tertium poſt quindecim dies, circa ſextum vel decimum Hecatombæonis diem.* Sed non dicit Theophraſtus germen mittere circa diem ſextũ aut decimum Hecatombæonis, ſed potius Hecatombæone menſe intra ſex aut ſeptem dies, qui nõ numerantur à Neomenia Hecatombæonis, ſed ex quo

quo tertium germinare ceperunt: nam intra hos ſex vel ſeptem dies germen emiſiſſe ſignificat, quemadmodum & primum intra quindecim dies, & ſecundum intra totidem, vt videtur. Theophraſtus: πρῶτον μὲν ἄκρου ἔαρος, εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος, ἔν τε τῇ Ἴδῃ περὶ πεντεκαίδεκα μάλιστα ἡμέρας. μετὰ δὲ ταῦτα διαλείποντα περὶ τριάκοντα ἢ μικρῷ πλείους, ἐπιβάλλεται πάλιν ἄλλους βλαστούς, ὥσπερ καὶ ἡ πρώτη βλάστησις ἔχει. δευτέρα δὲ τοῦτο περὶ τὸν Σκιῤῥοφοριῶνα λήγοντα, διαλείπουσαι δὲ μετὰ τοῦτο περὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας, πάλιν τὸ τρίτον ἐπιβάλλεται βλαστοὺς Ἑκατομβαιῶνος ἐλαχίστας ἡμέρας τῶν προτέρων. ἴσους γὰρ ἓξ ἢ ἑπτὰ τὸ πλεῖστον. Non igitur circa ſextum aut decimum Hecatombæonis diem, vt vult nuperus ſcriptor, quod vel cuiuis patet, qui ad calculos ſederit, & æra ſubducet: ecce enim ſecundò germen emittunt Scirrhophorione exeunte, huic germinationi dies attribuuntur à Theophraſto plus quam ſeptem, demus tamen, vt liberaliter cum Epiphaniano interprete agamus, ſeptem tantum dies huic germini emittendo eſſe attribuendos, quorum numerus ineatur ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος λήγοντος. Ergo à die viceſimo octauo Scirrhophorionis numerandi ſunt illi dies quindecim, qui inter ſecundam & tertiam germinationem intercedunt. Quare circa diem tertiumdecimum Hecatombæonis incipiet tertia germinatio. Quod optimè conuenit, cùm citima anni non Lunaris Neomenia Hecarombæonis cadit in diem quintum Eidus Iunias: nam Thargelion præcedens cepit die quarto Eidus Aprileis, adde dies quindecim, qui-

bus germinant; adde dies plures triginta, nempe triginta quatuor, iterum germina edere incipient die quarto Kalendas Iunias: germinatio ea est diebus quindecim, vt & prima; itaque incipiet tertia germinatio circa diem quartum Kalendas Iulias. Paria facit cum his Plinius Lib. XVI. cap. XXV. qui ad *Solstitium*, id est, diem sextum Kalendas Iulias germinationem tertiam fieri scribit: *Robur, & abies, & larix, intermittunt tripartitò, ac terna germina edunt: ideo & inter squamas corticum spargunt; quod omnibus arboribus in germinatione euenit, quoniam prægnantium rumpitur cortex. Est autem prima earum incipiente vere, circiter quindecim diebus. Iterum germinant transeunte Geminos Sole. Sic fit, vt quina cacumina impelli secutis appareat, geniculato incremento. Tertia est earundem ad* solstitium *breuissima, nec diutius septenis diebus*. Verum è diuerticulo in viam. Quemadmodum Hecatombæoni adsignatur *solstitium*, ita etiam Gamelioni *bruma*. Aristoteles Lib. I. Meteorol. cap. VI. ἐπὶ δὲ τοῦ Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλέους (γρ. Εὐκλείδου) τοῦ Μόλωνος τοῦ μετὰ Διότιμον, ita habet Iohannis Philoponi exemplar, ἐγένετο κομήτης ἀστὴρ πρὸς ἄρκτον μηνὸς Γαμηλιῶνος, περὶ τροπὰς ὄντος τοῦ ἡλίου χειμερινάς. Posideon vero ante *brumam* verterat. Idem Aristoteles Lib. V. Hist. Animal. de thynnide agens, ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος τόκος περὶ τὸν Ποσειδεῶνα πρὸ τῶν τροπῶν. Ex his colligimus, annum illum, de quo Aristoteles eiusque discipulus Theophrastus agunt, non fuisse Lunarem, certo enim mensi atque adeo vni soli semper adscribitur *solstitium*, itemque *bruma*; quod in anno Lunari lo-

cum non habet. Rurſum vero quia hic annus planè Solaris non erat, vni menſis illius diei non adſignatur *ſolſtitium*, aut *bruma*, quia non ſemper eodem die, quanquam eodem ſemper menſe, *ſolſtitium*, aut *bruma* committitur.

Capvt IV.

Annvm, de quo diſputamus, fuiſſe dierum trecentorum ſexaginta, omnino euincunt aliquot Ariſtotelis loca, quæ laudauit Theodorus Gaza, nec prætermiſit recepta cœlo mens Illuſtris Scaligeri: ἐνιαὶ τῶν κυνῶν τίκτουσι πέμπτον μέρος ἐνιαυτοῦ, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ δύο. Dies ſeptuaginta duo ſunt quinta anni pars; ergo annus eſt dierum trecentorum ſexaginta: κύει γὰρ ἡ μὲν Λακωνικὴ ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ· τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα. Dies ſexaginta ſunt ſexta anni pars: ergo annus eſt dierum trecentorum ſexaginta. Nulla eſt Dialectica, quæ non ita inferat & colligat. Non dicit nuperus ſcriptor annum Lunarem antiquiſſimum intelligi, qui trecentis ſexaginta diebus explicabatur: nam loquitur Ariſtoteles de anno, qui adhuc ſua ætate, & cùm hæc ſcriberet, obtinebat: nemo enim dubitat alium in vſu apud Græcos fuiſſe Lunarem annum, cuius modus erat dierum trecentum quinquaginta quatuor. Reſpondet igitur Epiphanij interpres, ad vulgi morem rotundè quintam ſextamue partem anni numerari, neglectis appendicibus. At, quanquam id verum forte eſſet in ſexta, alijſue anni partibus, cur,

malùm, Ariſtoteles in quinta anni parte numeranda rotundè locutus eſt, cùm non minus rotundè dixiſſe poſſet, πέμπτον μέρος ἐνιαυτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ τρεῖς, nam dies ſeptuaginta tres ſunt quinta pars anni diebus trecentis ſexaginta quinque explicati? Fuit igitur hic annus, qui adhuc ætate Ariſtotelis vulgo erat notus vſurpabaturque, dierum trecentorum ſexaginta, non plurium, non pauciorum; neque audiendi ſunt viri ſummi in his, quæ pronuntiant de duabus δυσὶ ἀρχαῖς ἡμέραις, quæ ſingulis annis appendebantur. Nam perſpicuè Plinius annum Græcorum facit ſine vllis appendicibus. *Nullique arbitror plures ſtatuas dicatas quàm Demetrio Phalereo Athenis. Siquidem trecentas ſexaginta ſtatuere, quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente.* Vides annum non exceſſiſſe numerum dierum trecentorum ſexaginta; ergo nullas habuit bidui aut quinque dierum appendices, annumque trecentis ſexaginta diebus abſolui teſtis eſt Varro in *Hebdomadibus* apud Nouium, vbi de hoc Demetrio agit, ex emendatione Illuſtriſſimi Herois,

Hic Demetrius æneus tot aptu' ſi,
Quot lucis habet annus abſolutus.

Sed meretur obiter illuſtrari titulus Libri Varroniani, HEBDOMADES. Decem apud Athenienſes ſorte legebantur viri, è ſingulis vnus tribubus, penes quos regnum eſſet & imperium ἐφημερίας tribuum ſuarum intra vnam Prytaniam. Diſtribuebatur autem Prytania in *hebdomadas* quinque (*Hebdomadas* has obſeruatas fuiſſe ab Athenienſibus teſtis eſt A.

Gellius his verbis: I*n conuiuijs iuuenum, quæ agitare Athenis* hebdomadibus Lunæ *ſolenne nobis fuit.* Lunæ, id eſt, κατὰ Σελήνην, vt loquitur Thucydides, ſiue τῆς πρυτανείας *hebdomas* intelligitur.) Singulos autem dies imperabat ſorte captus Επιστάτης, & ita deinceps reliqui, donec *hebdomadis* orbis abſolueretur; atque ita fiebat, vt è decem tres ſupereſſent, qui non imperabant. Vlpianus in Androtianam: ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν οἱ πεντήκοντα πάλλοι ἦσαν εἰς τὸ ἄρχειν ἅμα, οἱ δέκα κατακληρωθέντες μιᾶς ἡμέρας τῶν ἑπτὰ, ὁμοίως δὲ ἕκαστος τῶν ἄλλων ἀπὸ κλήρου ἦρχε τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, ἄχρις οὗ πληρωθῶσιν αἱ ἑπτὰ ἡμέραι. καὶ συνέβαινε τοῖς ἄρχουσι, τρεῖς μὴ ἄρχειν. ἕκαστος δὲ ἄρχων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καλεῖται Επιστάτης. Hinc explicandus eſt titulus Libri Varroniani. Nam ita inſcriptus eſt, qui continebat imagines clarorum virorum, ſimulque eorum elogia, vt colligitur è Lib. I. Epiſtolarum Symmachi Epiſt. III. quia quemadmodum ſingulis Πρυτανείας *hebdomadibus* regnabant οἱ Επιστάται vicem & ἐφημερίαν ſuam; ita & in his Varronis HEBDOMADIBVS aſſignatus erat cuique clarorum virorum quaſi regni dies in ſua ipſius imagine & elogio. Sed ad rem. Non plures igitur dies habuit trecentis & ſexaginta annus æquabilis veterum Græcorum, erantque omnes duodecim menſes τριακονθήμεροι, ſine vllis bidui appendicibus. Atque id adeo verum eſt, vt cùm æquatio omnino eſſet neceſſaria, qua conciliandæ erant rationes Solis cum rationibus Lunæ, diligentiſſimè cauerent τοῦ ἐξαιρέσιμος beneficio, ne annus excederet dierum trecentorum ſexaginta numerum, vt in ſequentibus, Deo

dante, dicemus. Inuestigato anni modo, dicendum est porro vnde ceperit primus hic annus. *Solstitij* sedes politica fuit dies octauus Iulij, vt in præcedentibus diximus. A *solstitio* autem veteres Græcos annum fuisse auspicatos, tam certum est, quam quod certissimum. Existimarunt viri maximi caput anni fuisse postridie *solstitij*, sed falsos fuisse, rebus manifestis probabimus. Obseruant enim illi, & quidem optime, ex Aristotele eiusque discipulo Theophrasto, *solstitium* Hecatōbæoni, qui princeps est mẽsiũ, fuisse adtributum. Atqui, si semper Hecatōbęonis Neomenia posterior fuisset die, qui sedes erat politica *solstitij*, profectò nunquam *solstitium* adtributum fuisset Hecatombæoni; quod dictum volumus de anno *æquabili*, nam quod ad Lunarem annum attinet, nemini dubium esse potest, Neomeniam Hecatombæonis, modò anteuertisse, modò posteriorem fuisse ταῖς θεριναῖς τροπαῖς. Sed quid verba facimus? Neomeniam Hecatombæonis *æquabilis* priorem fuisse *solstitio* probamus illustri exemplum apud Plutarchum in Romulo, de Tarrutio Mathematico: ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς. Dies mensis *Choïac* vicesimus tertius cadit in vicesimum quartum Iunij diem: iamque ceperat annus primus secundæ Olympiadis; nec est, quod quisquam existimet annum primum fuisse desinentem. Nam quod obseruat Tarrutius hoc die Solem defecisse, non sinit nos dubitare, annum pri-

mum Olympiadis secundæ tunc primùm incipere, nō desinere. Erat enim annus ab Orbe condito, (Sethū Caluisium in huius Epochæ annis sequimur, quod semel dictum volumus.) termillesimus centesimus septuagesimus octauus, litera Dominicali A, Cyclo Solis XXII, Lunæ IX. Quo anno, die vicesimo quarto Iunij, qui erat vicesimus tertius mensis *Choiac*, Eclipsis Solis repræsentatur è Tabulis Frisicis à viris magnis; nec alij negant eo die Nouilunium inueniri, & latitudinem etiam Lunarem, quæ posset esse Ecliptica. Quicquid tamen huius rei sit, de quo iam non disputamus, certum est ista referenda esse ad hunc annum ab Orbe condito cIↄcIↄcIↄcLXXVIII, à cuius anni diebus æstiuis cepit Olympias secunda, quæ cùm iam vertere inciperet die vicesimo quarto Iunij, vt è Tarrutij affirmatione constat, omnino sequitur in Hecatombæonem cadere *solstitium*, & falli viros magnos, qui existimant semper primum Olympici siue Attici anni mensem μετὰ τὰς θερινὰς τροπάς, post octauum Iulij diem cepisse.

Sed negat Vranologus bellè non procedere nostram istam ratiocinationem; primùm cùm de Neomenia Hecatombæonis non Lunaris concludi oporteat, de Lunari solo hanc duci argumentationem; nec tamen de Lunari satis firmam videri; nam negabit Scaliger, inquit, Neomeniam istam esse Hecatombæonis mensis, quia, quanquam Tarrutius affirmet istud contigisse primo anno ineunte Olympiadis, tamen anno quarto primæ Olympiadis accidit, sed postremus mensis anni quarti primę Olympiadis secun-

dæ imputatur, & præterea non idem fuit anni contextus Elidensibus, qui Atheniensibus Græcisque ceteris. Verùm ista gratis dicuntur à nostro Censore; nam ὁ μακκαΐτης Scaliger non negabit Atheniensibus & Elidensibus eundem fuisse anni *æquabilis* contextum; & firma est nostra argumentatio aduersus eundem de Neomenia Hecatombæonis non Lunaris; nã si vertebat Olympiadis secundæ annus primus die vicesimo quarto Iunij, omnino vertebat annus *æquabilis*, ac proinde ceperat Hecatombæon non Lunaris: quod enim dicit Vranologus vertisse mensem postremum anni qnarti Olympiadis primæ, vero non videntur similia: Tarrutius enim veram temporis notationem professus mensem, qui esset Olympiadis primæ, secundæ non imputasset.

Sed obiicient Platonis verba è Lib. VI. de Legibus: ἐπειδὰν μέλλῃ νέος ἐνιαυτὸς μετὰ θερινὰς τροπὰς τῷ ἐπιόντι μηνὶ γίγνεσθαι, ταύτης τῆς ἡμέρας τῇ πρόσθεν πάντας χρὴ τοὺς ἄρχοντας συνελθεῖν εἰς ἓν ἱερόν. Sed cùm de Magistratibus agat Plato, nemo non videt agi de anno Lunari, qui Magistratuum erat, & alludit ad annos Prytanias, quorum modus ex Enneadecaëteride Metonis obseruabatur; nullusque dubito alludi ad tempora, quibus à Platone scriptus est hic Liber, eratque nonus annus Metonicus incepturus decimo Iulij die; ita vt vltimus præcedentis anni dies, quo Magistratus, qui Rempublicam gerere debebant anno imminente, iusiurandum erant concepturi, caderet in diem nonum Iulij, postridie *solstitij*.

Dicendum igitur est, primum primæ Olympiadis annum

annum cepiſſe die octauo Iulij *ſolſtitij* ſede; itaque Hecatombæonis Neomenia anni *æquabilis* eo fuit die: Nam prima Olympias, à qua Græci ſua numerāt tempora, cepit à diebus æſtiuis anni ab Orbe condito termilleſimi centeſimi ſeptuageſimi quarti. Nouilunium fuit die octauo Iulij.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
3174.							
3116.							
58.	81.	3.	17.	6.	56.	10.	5.
	9.	6.	23.	41.	37.	20.	
	71.	3.	17.	25.	19.	18.	5.
	118.	6.	2.	56.	13.		
	189.	2.	20.	21.	32		

Sed dicit Vranologus nos falli, cùm conſtet tam verum quàm medium Nouilunium incidiſſe, præſertim Athenis, nono Iulij die, neque nos id negamus, imo contra hac de cauſa putamus pridie, id eſt, octauo Iulij die conſtitutam fuiſſe Neomeniā primi Elidenſium menſis, ſiue Hecatombæonis Athenienſium. Nam agones Olympici celebrabātur diebus quinque, nempe à die vndecimo menſis ad quintumdecimum, vtroque termino incluſo: Quare Pindarus Olympionic. Ode V. dixit,

---ἀέθλων τε πεμ-
πταμέροις ἁμίλλαις.

Scholia: ὅτι ἐπὶ πέντε ἡμέραις ἤγετο αὐτὰ τὰ ἀγωνί-

σματα· ἀπὸ δὲ ἑνδεκάτης μέχρις ἑκκαιδεκάτης. Die ſextodecimo menſis, qui erat quintuſdecimus Lunæ, ſacra Dijs peragebantur: die demum ſextodecimo Lunæ, id eſt, decimo ſeptimo menſis, iudicium ferebatur. Pindarus Ode III.

ἤδη γὰρ αὐτῷ
πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέν-
των, διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε μήνα,
καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγναν κρίσιν,
καὶ πενταετηρίδ' ἅμα
θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ.

Scholia: πρότερον ἡ ἡμέρα τῆς πανσελήνου παρεγίνετο, εἶτα οὕτως αἱ θυσίαι καὶ τὰ ἐναγίσματα, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἀγῶνος ἐτελοῦντο, καὶ τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης γὰρ ἡ κρίσις. Cepit igitur primi anni *æquabilis* Hecatombęon die octauo Iulij, qui erat ſedes politica *ſolſtitij*: ne vero Hecatombæonem (σφάλμα typographicum operarum fecit vt hic nobis Vranologus pugnam nobiſcum obiiciat præter meritum, quæ enim ſit mens noſtra è præcedentibus conſtat, & ſequentia facile indicant:) anteuerteret *ſolſtitium*, menſem interkalarunt. Cùm verò etiam vellent conciliare rationes Lunæ cum anno quem obſeruabant, Periodum inſtituerunt annorum quatuor, quam Tetraëteridem appellant, de qua paulò poſt, Deo dante, ſumus dicturi. Non exiſtimamus autem primis illis temporibus vſurpatam fuiſſe Periodum, ſiue Olympicam, ſiue Atticam, quam conſtruxerunt viri magni. Nam illa tota nititur ratiocinijs & demonſtra-

tionibus Calippi, qui adeo eſt inferior prima Olympiade, vt σύγχρονος ſit Alexandri Magni. Non igitur habuerunt Gręci ſuas Periodos & Tetraëterides ad modum, qui ex Calippi rationibus, & calculo, ab eodem longe poſtea excogitatus eſt. Adde, quod exempla, quæ in medium adferuntur à ſummis viris, vt ſuas adſtruant Periodos, nihil ad rem faciunt, quod iam à nobis, cum bono Deo, demonſtrandum eſt.

CAPVT V.

PRIMVM exemplum petitum eſt è Dionyſio Halicarnaſſenſi, vbi agit de Ilij excidio : Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. Sed non conſtat dierum numerus ex Attica Periodo. Præterea dies περιτταὶ non numerabantur à poſtero *ſolſtitij* die, ſed ab ipſo potius, remotiſſima enim erat anni *æquabilis* Neomenia, de quo non loquitur Dionyſius, multo minus is, à quo accepit, Ephorus, ſiue quis alius: nam Ephorus annum Lunarem ſiue Metonicum intelligebat, Thargelion enim illis cauus eſt : Quod enim alij conferunt Ilij excidium in ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, Plutarchus habet ex Ephoro & aliis, in Camillo, ἑβδόμῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος, vbi agit de memorabili Carthaginienſium clade in Sicilia: καὶ Καρχηδόνιοι περὶ

Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος, καὶ Καλλισθένης, καὶ Δαμάστης, καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασι. Nempe erat πολιτικῶς ἑβδόμη φθίνοντος Θαργηλιῶνος, propter ἐξαίρεσιν τῆς δευτέρας ἱσταμένου Θαργηλιῶνος, in menſe Lunari cauo, reuera tamen ὀγδόη φθίνοντος Θαργηλιῶνος, ſi ad ἐξαίρεσιν non attendas.

Secundum exemplum eſt anni Iphiti quadringenteſimi primi, ſiue anni primi Olympiadis centeſimæ primæ, quo anno, die viceſimo ſexto Boëdromionis, περὶ τὴν πανσέληνον à Chabria ad Naxum pugnatum volunt, auctore Plutarcho. Sed miror iſta excidiſſe viris magnis. Plutarchi verba ſunt in Camillo: τοῦτο δὲ αὖ πάλιν Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος, ἕκτῃ μὲν ἐν Μαραθῶνι, τρίτῃ δ' ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. πέμπτῃ δὲ φθίνοντος, ἐν Ἀρβήλοις Ἀθηναῖοι. τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. Impoſuit illis vitioſa interpunctio. Diſtinguo: πέμπτῃ δὲ φθίνοντος ἐν Ἀρβήλοις. Referuntur iſta ad victoriam Alexandri ad Arbela ſiue Gaugamela. Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ πανσέληνον. Nõ hic docet Plutarchus, (niſi exciderit numeri nota.) quotus fuerit Boëdromionis dies, ſed alibi obſeruat fuiſſe diem Boëdromionis ſextumdecimum: locus eſt in Phocione: ἐνίκων δὲ μεγάλοις μυστηρίοις, παρεῖχεν οἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος. Idémque Lib. *de Gloria Athenienſium* emendandus, ſiue potius ſupplendus:

nam exciderat numeri nota : clarè item Polyænus Lib. III. Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. Erat hic annus quadringentesimus primus Iphiti, quinquagesimus septimus Periodi Metonicæ, cuius Hecatombæon cepit die vicesimo septimo Iulij, feriâ tertiâ, Boëdromion die vicesimo quarto Septembris, feriâ sextâ: Boëdromionis dies sextus decimus fuit dies octauus Octobris, feriâ sextâ, quia Boedromion Lunaris cauus est & exæresimæus. Plenilunium commissum est die octauo Octobris.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3574.							
3572.							
2.	100.	1.	13.	2.	41.	10.	6.
	11.	5.	10.	46.	14.	12.	
	89.	3.	2.	16.	27.	26.	6
	191.	2.	22.	46.	20.		
	281.	6.	1.	2.	47.		

Cùm ergo sextus decimus Boëdromionis dies fuerit octauo Octobris die, optimè Plutarchus obseruat pugnatum fuisse περὶ τὴν πανσέληνον. Quæ diximus nos admonent, vt expendamus tempus pugnæ ad Gaugamela. Existimant viri præstantissimi Eclipsim, cuius meminit Plutarchus in Alexandro, & quę vndecim diebus pugnam præcessit, contigisse die vicesimo Boëdromionis, & tamen pugnatum fuisse

vicesimo sexto Boëdromionis die. Sed longè falluntur, nam Eclipsis Lunæ accidit die quintodecimo Boëdromionis, circa initia Mysteriorum, pugnam inuasit Alexander vicesimo sexto Boedromionis. Plutarchus in Alexandro: ἡ μὲν οὖν σελήνη τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπεν, περὶ τὴν τῶν μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν. ἑνδεκάτῃ δ' ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως νυκτὶ, τῶν στρατοπέδων ἐν ὄψει γενομένων. Idem in Camillo: πέμπτῃ δ' φθίνοντος Βοηδρομιῶνος ἐν Ἀρβήλοις. Iam verò si à vicesimo sexto Boedromionis die retro numeres vndecim, videbis primum Mysteriorum diem, quo Lunæ Eclipsis contigit, fuisse quintumdecimum Boedromionis. Annus erat secundus Olympiadis centesimæ duodecimæ, siue annus Iphiteus quadringentesimus quadragesimus sextus, ac proinde vicesimus sextus Periodi Metonicæ, cuius Hecatombæon cepit die decimo Iulij, Boedromion die septimo Septembris, sed Boedromion Lunaris est mensis cauus, in quo fit exæresis; Quare dies quintus decimus Boedromionis est vicesimus Septembris dies, quo Lunæ Eclipsis accidit. De pugna ad Salamina, primoque Metonis Hecatombæone, cuius Neomenia cadit in tertium decimum Scirrophorionis diem, infra, σὺν Θεῷ, suo loco dicemus.

CAPVT VI.

HACTENVS ista dicta sunto aduersus ea, quæ in exemplũ suæ Periodi Viri Incomparabiles adferũt. Sequitur, vt quæ nostra sit de Græcorũ Periodo

ſententia, doceamus. Tetraëteridem eſſe diximus, intra quam pariant Lunæ rationes cum annorum modo. Sunt tamen Lunæ dies in hoc interuallo ſupra rationem Tetraëteridis, quæ embolimæa non ſit, quinque, ſiue ſpectemus anni Lunaris modum, qui apud antiquos obtinuit ante Cleoſtrati tempora, de quo infra agemus, Deo dante, ſiue anni Lunaris, vt vulgo vſurpatus fuit poſt illa tempora, ſine triente formam. Nam anni Græcorum ſimplices quatuor dant dies mille quadringentos quadraginta. Antiquiſſimus Grecorum annus Lunaris habuit dies trecentos quadraginta ſeptem; Tetraëteris huiuſmodi Lunaris habuit ſyzygias quinquaginta, ſiue dies mille quadringentos quadraginta quinque. Annus Lunaris vulgatus habuit dies trecentos quinquaginta quatuor, ac proinde Tetraëteris huiuſmodi Lunaris ſyzygias quadraginta nouem, quæ dant dies mille quadringentos quadraginta quinque. In Tetraëteride vero non Lunari, quæ embolimæa erat, dies erant mille quadringenti ſeptuaginta. Lunaris Tetraeteris antiquiſſima ſyzygias habuit quinquaginta & vnam, dieſque faciebat mille quadringentos ſeptuaginta quatuor. Lunaris vero Tetraeteris, quæ ſecuta eſt, habuit ſyzygias quinquaginta, id eſt, dies mille quadringentos ſeptuaginta quinque. Tetraeteridi non Lunari menſis interkalabatur aliquando, τῶν ὡρέων εἵνεκεν, vt loquitur Herodotus, ne ſcilicet Hecatombæon anteuerteret *ſolſtitium*, hoc eſt, ne *ſolſtitium* in Metagitnionem, non autem in Hecatombæonem, incideret, quod vnicè cauebatur in

anno non Lunari. Quod vero attinet dies illos quinque, siue quatuor, quibus Lunæ rationes superant modum Tetraeteridis, ij quidem videbantur Tetraeteridi appendi, (nam reuera non appendebantur, nec fiebat pariatio Tetraeteridis non Lunaris cum annis Lunaribus, nisi intra viginti Tetraeteridas cum annis Lunaribus antiquissimis, & intra triginta Tetraeteridas cum annis Lunaribus vulgatis.) id est, singulis Tetraeteridis annis vnus dies, & vni, ex illis quatuor Tetraeteridis annis, duo. Ne vero anni excederent numerum dierum trecentorum sexaginta, vnus è singulis annis, quibus vnus dies appendebatur, dies item eximebatur ; ex illo autem cui biduum erat appensum, biduum quoque eximebatur. Itaque tres anni Tetraeteridis erant ἐξαιρεσιμαῖοι, vnus vero in singulis Tetraëteridibus simplicibus erat διεξαιρεσιμαῖος, itémque in embolimæis Tetraëteridibus, si ad vulgati Lunaris anni Tetraëteridem attendas: quod si antiquissimum Lunaris anni modum spectes, omnes Tetraëteridis embolimææ anni erunt tantum ἐξαιρεσιμαῖοι. Mensis, cui competabat exæresis, erat Boëdromion, dies exæresimus erat ἡ δευτέρα ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος. Habes apud Plutarchum Lib. IX. Symposiacῶν VI. Quæstione. ἐκεῖνο δέ σε, εἶπεν, ὦ Μενέφυλλε, λέληθεν, ὅτι τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξῃρήκαμεν, οὐ πρὸς τὴν Σελήνην, ἀλλ' ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίσαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. Idem περὶ φιλαδελφίας Lib. τὴν γὰρ δευτέραν Ἀθηναῖοι ἐξαιροῦσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος, ὡς ἐν ἐκείνῃ τῷ Ποσειδῶνι πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν γενομένης τῆς διαφορᾶς. Quibus verbis docemur,

mur, exemtum fuiſſe hunc diem, πρὸς τὴν Σελήνην, propter Lunæ quidem rationes, ſed aliam commentos fuiſſe cauſam, nempe litem, quæ Neptuno cum Minerua fuit. Vnde licet concludere diem illum, itemque alterum, ſi duo erant, qui appendebantur, adtributos fuiſſe menſi Poſideoni, cui à Neptuno nomen, & propter hunc embolimum Poſideonis diem, τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος fuiſſe exemtam, quod accidebat quotannis; itaque optimè notat Plutarchus, τὴν γὰρ δευτέραν ἐξαιροῦσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος, *ſemper* exemtam fuiſſe. Nam nullus erat in ſingulis Tetraeteridis annis, in quo non eximeretur ἡ δευτέρα τοῦ Βοηδρομιῶνος. erat etiam in ſingulis Tetraeteridibus vnus, in quo biduum eximebatur, & pro δευτέρα Βοηδρομιῶνος, dicebatur τετάρτη Βοηδρομιῶνος. Cum Plutarcho paria facit M. Tullius Lib. II. in Verrem. *Eſt conſuetudo Siculorum, cæterorúmque Græcorum, quod ſuos dies, menſéſque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione: vt nonnunquam, ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummùm biduum, ex menſe, quos illi* ἐξαιρεσίμους *dies nominant: item nonnunquam vno die longiorem menſem faciunt, aut biduo.* Sed diſtinguendæ ſunt voces, *vt non nunquam*, &, *item non nunquam*: eſtque *non nunquam*, quod Plutarchus dixit ἀεί. Semper igitur Poſideonem vno die longiorem faciebant Athenienſes, aliquando etiam, nempe in ſingulis Tetraeteridibus ſemel, biduo: Rurſum è Boedromione ſemper vnum diem eximebant, etiam aliquando, nempe in ſingulis Tetraeteridibus ſemel, biduũ. Inueſtigemus vero cui anno Tetraeteridis cõ-

petat bidui ἐξαίρεσις. Refert Plut. Platæensem pugnā contigisse Βοηδρομιῶνος ἱσαμένου τετράδι. Eandē vero in Camillo pugnam in τρίτην Βοηδρομιῶνος ἱσαμένου confert. Iam vero è Plutarchi sententia nullus erat Boëdromion non ἐξαιρεσιμαῖος, ac proinde, quæ τρίτη nuncupatur, erat reuera ἡ δευτέρα. Plutarchus vero de Platęensi pugna obseruat, contigisse die exæresimo, hoc est, τῇ δευτέρᾳ Βοηδρομιῶνος, quæ in anno exæresimæo τρίτη Βοηδρομιῶνος appellabatur; in anno vero δισεξαιρεσιμαίῳ, cuiusmodi fuit annus, quo ad Platæas pugnatum est cum Persis, dicebatur τετάρτη Βοηδρομιῶνος. Annus hic erat secundus Olympiadis septuagesimæ quintæ, id est, annus Iphiti ducentesimus nonagesimus octauus, fuit ergo decimus octauus nostræ Periodi, siue annus secundus Tetraëteridis. Vnde concludimus annum Tetraëteridis secundum fuisse δισεξαιρεσιμαῖον. Atque ita intra hoc quatuor annorum interuallum videbantur conciliari rationes Lunæ cum modo anni Græcorum.

Vt vero præterea rationes Solis pariarent, atque in orbem redirent, opus fuit Periodo annorum quadraginta, siue decem Tetraëteridum. Primæ autem Tetraëteridis primus annus numeratur cum prima Olympiade, & cepit ab ipso *solstitij* die, octauo Iulij, anno ab Orbe condito termillesimo centesimo septuagesimo quarto, litera Dominicali F, Cyclo Solis XVIII, Lunæ quinto. Principsque fuit hic dies, qui Periodum duxit, & remotissima Hecatombæonis Neomenia: En autem tibi in sequenti Tabella hanc Atheniensium Periodum, quæ init quidem cum pri-

ma Olympiade, ſed nonnihil tamen differt à Tetraë-teride Olympica, vt exemplis manifeſtum fiet.

PERIODVS. ATTICA. ANNORVM XL.

	ANNI. PERIODI.	DIES. A. QVO INCIPIVNT.
	I.	VIII. Iulij.
	II.	III. Iulij.
	III.	XXVIII. Iunij.
	IV.	XXII. Iunij.
	V.	XVII. Iunij.
Embol.	VI.	XII. Iunij.
	VII.	VII. Iulij.
	VIII.	Kalendæ Iulij.
	IX.	XXVI. Iunij.
	X.	XXI. Iunij.
	XI.	XVI. Iunij.
Embol.	XII.	X. Iunij.
	XIII.	V. Iulij.
	XIV.	XXX. Iunij.
	XV.	XXV. Iunij.
	XVI.	XIX. Iunij.
	XVII.	XIV. Iunij.
Embol.	XVIII.	IX. Iunij.
	XIX.	IV. Iulij.
	XX.	XXVIII. Iunij.

ANNI. PERIODI.		DIES. A. QVO INCIPIVNT.	
	XXI.	XXIII.	Iunij.
	XXII.	XVIII.	Iunij.
Embol.	XXIII.	XIII.	Iunij.
	XXIV.	VII.	Iulij.
	XXV.	II.	Iulij.
	XXVI.	XXVII.	Iunij.
	XXVII.	XXII.	Iunij.
	XXVIII.	XVI.	Iunij.
Embol.	XXIX.	XI.	Iunij.
	XXX.	VI.	Iulij.
	XXXI.	Kalendæ	Iulij.
	XXXII.	XXV.	Iunij.
	XXXIII.	XX.	Iunij.
	XXXIV.	XV.	Iunij.
Embol.	XXXV.	X.	Iunij.
	XXXVI.	IV.	Iulij.
	XXXVII.	XXIX.	Iunij.
	XXXVIII.	XXIV.	Iunij.
	XXXIX.	XIX.	Iunij.
Embol.	XL.	XIII.	Iunij.

CAPVT VII.

CONFIRMANDA est hæc nostra Periodus exemplis. Quando Thucydides ἁπλῶς Neomeniæ mensis meminit, mensem intelligit vt plurimum, puto, anni æquabilis. Narrat Lib. IV. anno octauo belli Peloponnesiaci ineunte, mensis Neomeniâ, Solis eclipsim contigisse, eodémque mense nouo terram mouisse: τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, εὐθὺς τοῦ θ' ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν· καὶ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἱσταμένου ἔσεισε. Neomeniam mensis hic intelligit anni *æquabilis*, quanquam etiam fuit nouilunium, nam alioqui non contigisset Eclipsis: at vbi nouilunium tantum designatur, non autem etiam mensis Neomenia, νουμηνία κατὰ Σελήνην dicitur Lib. II. τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους νουμηνίᾳ κατὰ Σελήνην (ὥσπερ καὶ μόνον δοκεῖ εἶναι γίγνεσθαι δυνατὸν) ὁ ἥλιος ἐξέλιπε μετὰ μεσημβρίαν. Non ignoro viros summos intelligere hac νουμηνίᾳ κατὰ Σελήνην Neomeniam Metonicam. Nam erat annus Iphiti tercentesimus quadragesimus sextus, ineunte primo belli Peloponnesiaci anno, qui erat ab Orbe condito termillesimus quingentesimus decimus nonus, & Sol defecit die tertio Augusti. Annus secundus Metonicus cepit die quinto Iulij anni ab Orbe condito termillesimi quingentesimi decimi noni. Metagitnion cepit die tertio Augusti. Quare Eclipsis contigit Neomenia Metagitnionis Metonici. Atqui ætate Thucydidis, vt iidem Viri Illustres obseruant, nondum Metonicus annus obtinebat.

Adde quod, ſi Hecatombæon diebus explicatur triginta, Neomenia Metagitnionis non cadit in diem tertium Auguſti, ſed quartum potiùs. Quare dicimus Thucydidem hoc loco intelligere nouilunium tantum, non autem Neomeniam etiam alicuius mẽſis anni, ſiue Lunaris, ſiue *æquabilis*. Nam nullâ alicuius horum annorum menſis Neomeniâ Sol paſſus eſt deliquium. Quod verò attinet ad Eclipſim illam, de qua Lib. IV. Thucydides, aliud eſt dicendum, ſcribit enim contigiſſe περὶ νουμηνίαν, nec addit κατὰ Σελήνην: erat namque, vt diximus, non tantum nouilunium, ſed etiam Neomenia menſis anni *æquabilis*. Defecit Sol die viceſimo primo Martij anni ab Orbe condito termilleſimi quingenteſimi viceſimi ſexti, litera Dominicali G. Cyclo Solis VI. Lunæ XV. vertebatque annus quartus Olympiadis octageſimæ octauæ; ac proinde erat triceſimus ſecundus huius noſtræ Periodi, cuius Hecatombæon cepit die viceſimo quinto Iunij anni cIↄ.cIↄ.cIↄ.Iↄ.xxv. Munychion die viceſimo ſecundo Martij anni cIↄ.cIↄ. cIↄ.Iↄ.xxvi. dies vltimus Elaphebolionis fuit viceſimus primus Martij, quo die Sol defecit, itaque optimè dixit Thucydides περὶ νουμηνίαν defeciſſe, quia defecit vltimo Elaphebolionis die, imminente Munychionis Neomenia. Quanquam certum quoque eſt, hanc Eclipſim contigiſſe Neomenia menſis Elaphebolionis Metonici. Vertebat enim annus octauus, qui embolimæus eſt, Metonicus, cuius Hecatombæon cepit die viceſimo octauo Iunij anni cIↄ. cIↄ. cIↄ. Iↄ. xxv. Elaphebolion die viceſimo primo

Martij anni cIↄ. cIↄ. cIↄ. Iↄ. xxvi. Sed, vt dixi, nondum hic annus vſurpabatur.

Legitur in Oratione Demoſthenis περὶ στεφάνου iſtud Pſephiſma: ἐπὶ Χαιρωνίδου Ἡγεμόνος Ἄρχοντος, Γαμηλιῶνος ἕκτη ἀπιόντος, φυλῆς πρυτανευούσης Λεοντίδος, Ἀριστόνικος Φρεάρριος εἶπεν. ἐπειδὴ Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς, &c. Chæronides fuit Archon anno tertio Olympiadis centeſimæ decimæ. Erat ergo annus Iphiti quadringenteſimus triceſimus nonus; quo anno vertente, Gamelionis die viceſimo quinto habita eſt κυρία ἐκκλησία, vna ex tribus, quæ ſingulis menſibus anni Lunaris cogebantur, ἃς ἐγίνετο ἡ πρώτη, ἑνδεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ἡ δὲ δευτέρα, περὶ τὴν εἰκοστὴν. ἡ δὲ τρίτη, περὶ τὴν τριακοστήν. Atque inter has νομίμας κυρίας ἐκκλησίας, ἡ δευτέρα ἀνεῖται τοῖς βουλομένοις ἱκετηρίαν θεμένοις, λέγειν ἀδεῶς περί τε τῶν ἰδίων, καὶ τῶν δημοσίων. Hanc δευτέραν ἐκκλησίαν fuiſſe concionem, de qua Demoſthenes, in qua verba fecit Ariſtonicus Phrearrhius, vt ſuſpicemur facit, quòd Ariſtonicus verba fecerit περὶ τῶν ἰδίων, nempe de donando corona Demoſthene: Fuit igitur hæc concio δευτέρα ἐκκλησία, quæ habebatur τῇ εἰκάδι τοῦ μηνὸς anni Lunaris ſiue Prytanias. Annus Iphiti quadringenteſimus triceſimus nonus, eſt triceſimus nonus noſtræ Periodi, cuius Hecatombæon cepit die decimo nono Iulij: Gamelion cepit die ſextodecimo Decembris, dies viceſimus quintus Gamelionis cadit in diem nonum Ianuarij. Idem annus Iphiti quadringenteſimus triceſimus nonus, erat annus Metonicus decimus nonus, cuius Heca-

tombæon cepit die vicesimo septimo Iulij : Posideonis dies vicesimus, quo κʹ δευτέρα ἐκκλησία cogebatur, cadit in diem nonum Ianuarij :

	Anni.	Dies.	☉. ☽.
	439.		
	420.		
	19.	208.	16. 6.
			20.
		208.	24. 6.
Adde dies		147.	
		355.	

Ergo Posideon cepit vicesimo primo Decembris die, quia vero mensis Lunaris plenus est, cadit vicesimus Posideonis dies in nonum Ianuarij.

Sequitur aliud exemplum illustre. Existimant viri magni anno secundo Olympiadis septuagesimæ quintæ pugnatum fuisse à Græcis aduersus Barbaros nauali certamine ad Salamina, die sexto decimo Munychionis, plenilunio : Eos in errorem induxit Plutarchus Lib. de Gloria Atheniensium : τὴν δὲ ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Μουνυχιῶνος, Ἀρτέμιδι καθιέρωσαν, ἐν ᾗ τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ θεὸς πανσέληνος. Sed anno præcedenti, qui erat primus Olympiadis septuagesimæ quintæ, pugnatum fuisse ad Salamina, testis est Herodotus, & pugnæ diem confert Plutarchus in Camillo in diem vicesimũ Boëdromionis : ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας Βοηδρομιῶνος. Non igitur die sextodecimo Munychionis. Sed confundit Plutarchus pugnam, qua insulam Salamina sibi asseruerunt Athenienses, auctore Solone, aduersus Megarenses, cum pugna, quam pugnarunt omnes terræ Græciæ populi aduersus Barbaros

ad Salamina: Pugnatum igitur eſt ad Salamina cõtra Perſas à Græcis die viceſimo Boëdromionis: De Salamine pugnatum eſt ab Athenienſibus aduerſus Megarenſes die ſextodecimo Munychionis, plenilunio. Confert Anonymus in Deſcriptione Olympiadum hanc pugnam in annum primum Olympiadis quadrageſimæ nonæ. Sed toto errat cælo, meo iudicio: Nam antequam Leges conderet Solon, Salamina ſuis vindicauerat Athenienſibus, vt conſtat è Plutarchi narratione: Leges autem tulit, cùm Archon eſſet, anno tertio Olympiadis quadrageſimæ ſextæ, vt conſtat è Soſicrate apud Diogenem Laërtium, atque ex ipſo Anonymo. Aliquot annis poſt victoriam de Salamine, Salaminij rebellarunt, & ad Megarenſes defecerunt, Athenienſium ciuitate in partes acta, ob Cylonium piaculum. Quare arceſſitur Epimenides, qui vrbem luſtraret, vt conſtat è Plutarcho in Solone: Luſtratam vrbem ab Epimenide volunt anno primo Olympiadis quadrageſimæ ſextæ, vt habet Anonymus in Deſcriptione Olympiadum: Habet præterea obſeruatum ad annum primum Olympiadis quadrageſimæ quintæ de Cylonio piaculo, & Salaminis inſulæ defectione. Quod tamen non anno primo Olympiadis quadrageſimę quintæ accidiſſe puto, ſed potius intra Olympiadem quadrageſimam quintam: Nullus tamen dubito, victoriam de Megarenſibus reportatam, & Salamina vindicatam fuiſſe ab Atheniéſibus, auctore Solone, qui hoc facinore magnum ſibi peperit nomen, anno quarto Olympiadis quadrageſimæ quartæ, cùm verteret an-

nus ab Orbe condito termillesimus tercentesimus quinquagesimus, Cyclo Solis XXVI, litera Dominicali C, Munychionis die sextodecimo. Annus erat Iphiti centesimus septuagesimus sextus, siue sextus decimus nostræ Periodi, cuius Hecatombæon cepit decimo nono Iunij die, dies sextus decimus Munychionis cadit in diem tricesimum primum Martij: Nouilunium commissum est die sexto decimo Martij.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3350.							
3344.							
6.	86.	6.	13.	2.	15.	14.	10.
3344.	10.	2.	17.	13.	56.	16.	
	75.	3.	19.	48.	19.	26.	
	14.	7.	18.	22.	2.		
	90.	4.	14.	10.	21.		

Fuit igitur ἡ πανσέληνος sexto decimo Munychionis die, siue tricesimo primo Martij, vt Plutarchus habet.

Annus natalis Alexandri Magni confertur in Olympiadem centesimam sextam ineuntem, sub ipsum ludicri tempus. Plutarchus: ἐγεννήθη δ᾽ οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος ἕκτῃ, καθ᾽ ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς. Addit, Φιλίππῳ δὲ ἄρτι Ποτίδαιαν ᾑρηκότι τρεῖς ἧκον ἀγγελίαι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡ μὲν Ἰλλυριοὺς ἡττῆσθαι μάχῃ μεγάλῃ διὰ Παρμενίωνος. ἡ δ᾽ Ὀλυμπιάσιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι·

τρίτη δ' περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου γενετῆς. Annus erat Iphiteus quadringentesimus vicesimus primus, siue vicesimus primus nostræ Periodi, cuius Hecatombæon cepit die vicesimo tertio Iunij; sextus Hecatombæonis dies cadit in vicesimum octauum Iunij: Nouilunium Olympicum est commissum quintodecimo, siue potius sexto decimo Iunij die anno ab Orbe condito termillesimo quingentesimo nonagesimo quarto, literâ Dominicali F, Cyclo Solis XVIII, Lunæ VII. Non defuerunt qui dicerent Alexandrum natum anno quarto Olympiadis centesimæ quintæ, Agathocle Athenis Prætore: alij ad annum primum Olympiadis centesimæ sextæ, Elpino Archonte, referebant, vt videre est apud Anonymum in Descriptione Olympiadum. Sed vnde hæc varietas? Nempe quia natus est Alexander Olympiade centesima sexta ineunte, cùm adhuc Athenis Prætor Agathocles Fastos signaret: nam annus Metonicus, qui Magistratuum erat, atque ab eo Magistratum inibant, cepit tantum quintodecimo Iulij die, feriâ secundâ.

Ergo quia natus est, Agathocle adhuc Archonte, contulerunt nonnulli natalem Alexandri in annum

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	☉.	☽.
421.				
420.				
1.	196.	5.	26.	7.
420.		4.	20.	
	196.	2.	18.	7.

quartum Olympiadis centesimæ quintæ: Rursum quia natus est Olympiade centesima sexta ineunte, Elpinum iam tum Fastos signasse, & Prætorem A-

thenis fuiſſe, alij ſunt ſuſpicati: Cùm tamen certiſſimum ſit, natum eſſe Olympiade ſexta ineunte, ſub ipſum ludicri Olympici tempus, ſexto Hecatombæonis anni *æquabilis* die, cùm adhuc Agathocles Athenis in Magiſtratu eſſet, decimo ſeptimo die antequam Magiſtratum iniret Archon Elpinus, & inciperet Hecatombæon Metonicus, qui die ulii quintodecimo cepit. Atque hinc lux præferenda eſt Plutarcho ſcribenti: ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτῃ. Quanquam culpâ non vacat, ſed miſerè anni typos & tempora, tanquam iura coquus, confundit. Diximus iam, quomodo intelligendum ſit, quod habet de ſexto Hecatombæonis die, ſi quis conferat cum eo, quod paullo poſt addit Plutarchus, Alexandrum natum eſſe Olympiade centeſima ſexta ineunte, ſub ipſum Agonis Olympici tempus: Verùm cum hoc Hecatombæone non Lunari conferri non poteſt Lous Macedonum: iam verò non defuerunt, qui, vt diximus, exiſtimarent natum eſſe Elpino iam Archonte: Is annus erat primus Enneadecaeteridis Metonicæ, cepitque Eidibus Iuliis Hecatombæon Metonicus. Rurſum fingamus, quod fingit Plutarchus, vſurpatam iam tum fuiſſe Periodum Calippicam Autumnalem: Vertebat igitur annus triceſimus ſecundus Periodi Calippicæ, cuius Hyperberetæus cepit die ducenteſimo ſexageſimo ſexto à Kalendis Ianuariis, ſiue nono Kalendas Octobreis anni ab Orbe condito termilleſimi quingenteſimi nonageſimi tertij: Adde menſes Lunares decem: Ergo Lous cepit

die centeſimo nonageſimo ſexto à Kal. Ianuarijs, ſiue Eidibus Iulijs anni termilleſimi quingenteſimi nonageſimi quarti: atque ita paria facit Lous Macedonum huius anni cum Hecatombæone Athenienſium Metonico. At iſta non præſtabunt Periodi Olympicæ & Atticæ magnorum virorum, ſed potius turbas dabunt: nam hic annus Olympicus, ex illorum ſententia, cepit die decimo ſeptimo Iulij, biduo poſtquam Hecatombæon Metonicus ceperat: Olympicus Agon celebratus eſt pridie Kalendas Auguſti; quo die cepit Hecatombæon Periodi Atticæ illorum, caditque dies Hecatombæonis illius ſextus in quintum diem Auguſti.

Capvt VIII.

Obiicit Vir Illuſtris, quod maximè aduerſaretur noſtræ Periodo, Hecatombæonem Metonicum incidiſſe aliquando in Scirrhophorionem Tetraeteridis, quod verum eſſe non poteſt, in noſtra Periodo, imo potius Hecatombæon noſtræ Periodi incidit in Scirrhophorionem Metonicum. Sententiam tuetur vir magnus auctore Demoſthene Oratione πρὸς Τιμόθεον. καὶ οὗτοι οἱ χρόνοι ἦσαν περὶ Θαργηλιῶνα μῆνα ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος. τῷ δ' ὑστέρῳ ἔτει ἀφικομένου Φιλώνδου. Si Thargelion Tetraeteridis erat vltimus menſis anni Prytaneias, ergo *alter* ille *annus* incipiebat à Scirrhophorione, in quem incurrebat Hecatombæon Metonicus. Et reuera Scirrhophorion Metonicus incidebat in XIII. Thargelionis Te-

traeteridis, Hecatombæon autem Metonicus in XII. Scirrhophorionis Tetraeteridis. Idem Orator Oratione contra Midiam, τὴν τελευταίαν τοῦ Θαργηλιῶνος, ait fuisse in negotio Διαιτητῶν vltimam anni, scilicet Prytaneias. Φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν Διαιτητῶν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος γινομένην. Quem locum non assequitur Interpres: Orator namque disertè indicat, Metonicum mensem Prytaneias, nunc in Scirrhophorionem popularem, nunc in Thargelionem incidere, ac consequenter Hecatombæonem Metonicum nunc in Scirrophorionem Tetraeteridis, nũc in Hecatõbęonem ipsum. Sed Vir magnus δουλεύων τῇ ὑποθέσει loca, quæ laudat è Demosthene, penetrare noluit. Nam quod ad locum attinet ex Oratione πρὸς Τιμόθεον, non dixit Demosthenes Thargelionem fuisse vltimum mensem, sed Timotheum ad Regem profectum fuisse, mense Thargelione, ἐπ᾽ Ἀστείου Ἄρχοντος. Philondam vero venisse anno sequenti. Quod vero locum è Midiana spectat, videtur maioris esse difficultatis, cùm tamen facillimè possit expediri. *Arbitri* affecto anno, non absoluto, rationes reddebant. Vlpianus in Midianam: ἐξιόντος δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ οἱ Διαιτηταὶ τὰς ΕΥθύνας ἐδίδοσαν. mense nempe vndecimo. Vlpianus ibidem. οἱ Διαιτηταὶ ἐν τῷ Σκιῤῥοφοριῶνι τὰς εὐθύνας ἐδίδοσαν, ὅς ἦν ἑνδέκατος μὴν παρ᾽ Ἀθηναίοις. Sed error est calami, ἐν τῷ Σκιῤῥοφοριῶνι, omnino enim legendum est, ἐν τῷ Θαργηλιῶνι. Thargelione igitur mense, qui vndecimus mensis erat Lunaris & Prytaneias, (neque enim hic alij menses intelligendi sunt.) ra-

tiones reddebant Arbitri, & quæ poſtrema erat in negotio τῶν Διαιτητῶν, vltima quoque erat menſis Thargelionis: nam rationes ſuas reddebant ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται. Dixit autem Demoſthenes, φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν Διαιτητῶν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος γινομένην, eandem diem eſſe Thargelionis aut Scirrhophorionis. Erat ſcilicet ἡ τριακὰς Thargelionis, quæ cùm ſit ἔνη καὶ νέα, etiam ad ſequentis menſis νουμηνίαν pertinet. Optimè Vlpianus, ſi ἀντὶ τοῦ, τὴν τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος, τό, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ſubſtituas. Μειδίας οὖν κακούργως ἐφύλαξε τὴν τελευταίαν ἡμέραν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος, ἣν τινες ἔνην καὶ νέαν, τινὲς δὲ νουμηνίαν νομίζουσι. καὶ διὰ τοῦτο ἔνιοι τῶν Διαιτητῶν οὐκ ἀπήντων ἐπὶ τὰς εὐθύνας, νομίζοντες ἐκβεβηκέναι τὸν μῆνα. Ex his vides quare dixerit Orator illum diem fuiſſe aut Thargelionis, aut Scirrophorionis, quia nempe ἡ τριακὰς ſiue ἔνη καὶ νέα etiam ad ſequentis menſis νουμηνίαν pertinere putabatur, itaque Θαργηλιῶνος ἔνη καὶ νέα τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος γίγνεσθαι cenſebatur. Erant ergo hi duo menſes continui. Scirrhophorion Thargelionem excipiebat, & ad eundem anni modum, Lunarem ſcilicet, vterque pertinebat, non autem vnus anni Tetraëteridis, alter anni Lunaris & Prytaneias erat.

Capvt IX.

Antiqvissimis ante Cleoſtratum Tenedium temporibus longè diuerſus fuiſſe videtur anni

Lunaris modus. Nam ſingulis quoque biennijs menſem interkalabant, vt conſtat è Cenſorino. *Veteres in Græcia ciuitates, cùm animaduerterent, dum Sol annuo curſu orbem ſuum circuit, Lunam interdum terdecies exoriri, idque ſæpe alternis fieri, arbitrati ſunt Lunares duodecim menſes & dimidiatum ad annum naturalem conuenire: itaque annos ciuiles ſic ſtatuerunt, vt interkalando facerent alternos duodecim menſium, alternos tridecim: vtrumque annum ſeparatim* vertentem; *iunctos ambos annum* magnum *vocantes: poſtea cognito errore hoc tempus duplicarunt, &* Tetraëterida *fecerunt*. Eximius eſt hic locus, è quo diſcimus anni Lunaris formam & modum apud Græcos. Erat enim modus illius dierum trecentum quadraginta ſeptem, qui in menſes diſtribuebantur duodecim, quorum vndecim erant dierum vigintinouem, vnus dierum vigintiocto, quot dierum fecit ſuum Februarium Numa, Græcorum, vt puto, obſeruatione inſtructus. Singulis vero biennijs menſis interkalabatur viginti nouem dierum. Sed hic *magnus* annus ſuperabat rationes Lunæ diebus quindecim, itaque Tetraëterida fecerunt. Horum, quæ diximus, patet demonſtratio. Nam *magnus* hic annus Lunaris, qui duos complectitur *vertentes*, ſingulos trecentùm quadraginta ſeptem dierum, & præterea menſem embolimum dierum vigintinouem, dat dies ſeptingentos viginti tres: at verò cùm Luna ſpatia ſua conficiat intra trecentos quinquaginta quatuor dies, huiuſmodi biennium dies dat ſeptingentos octo. Superſunt igitur dies quindecim, qui in ſequenti biennio erogantur. Nam adde

adde diebus ſeptingentis viginti tribus, modum duorum annorum, dies ſcilicet ſexcentos nonaginta quatuor, & præterea menſem interkalarem dierum viginti nouem, fient dies mille quadringenti quadraginta ſex. Totidem dies dabunt quatuor anni Lunares. Singuli trecentûm quinquaginta quatuor dierum, cum embolimo menſe dierum triginta.

Huic noſtræ ſententiæ firmandæ vnice faciet locus è Scholiaſte Ariſtophanis ad *Nubes*, ἡ αὐτὴ δὲ καὶ εἰκάς. μεθ' ἣν ἐνδεκάτην φθίνοντος, ἢ δεκάτην, ἢ ἐνάτην, ἢ ὀγδόην· ὡς ἔτυχεν ἔχων ὁ μήν. καὶ ἑξῆς ἀναλύοντι ἄγει τὴν δευτέραν. Hæc veteris Magiſtri verba excuſſit nuperus ſcriptor in Libris de Doctrina Temporum. Sed hæc, inquit, recentioris ſunt ætatis, poſtquam Iuliani menſes pro Lunaribus adſciti ſunt. Olim vero nũquam ὀγδόη, vel ἐνδεκάτη dici potuit dies viceſimus primus, niſi fortè in fine Octaëteridis, quando extra ordinem duo vel tres dies inſerebantur, aut expungebantur. Sed ego Scholia de recentiore anni Attici forma loqui ſuſpicor. Verum pugnantia ſcribit Animaduerſor Epiphanianus; nam & in illis Animaduerſionibus, & Lib. IV. de Doctrina temporum cap. VIII. ſcribit annum Iulianum Athenienſium tricenarijs menſibus atque appendicibus quinque fuiſſe deſcriptum: hæc enim eius ſunt verba: Epiphanius in Hæreſi LI. Num. XXIV. Chriſtum natum eſſe narrat Ianuarij VI. Mæmacterionis VI. ſecundum Athenienſes. Et paullò poſt baptizatum eſſe Metagitnionis VII. Nouembris VIII. Ergo Metagitnion cepit Nouembris II. Ab hoc die ad vltimum Decem-

bris dies ſunt LX. menſes Attici duo. Proinde tricenariis, & fixis menſibus vſi ſunt Athenienſes, ad eam, vt conijcimus, formam, qua præter ciuilem, & Lunarem annum, arcanum alterum ſeruabant, Ægyptiorum more tricenariis menſibus, atque appendicibus quinque deſcriptum. Hæc prima mutatio, qua annus ex recondito ciuilis factus eſt. Hactenus noſter cenſor. Atqui ſi annus Iulianus Athenienſium menſibus tricenariis & appendicibus quinque deſcribitur, hinc omnino ſequitur nullum fuiſſe menſem apud Athenienſes, qui diebus triginta & vno, aut viginti octo, aut viginti nouem explicaretur. Quare nullus viceſimus primus menſis dies potuit dici ἑνδεκάτη, vel ἐνάτη vel ὀγδόη φθίνοντος. Eſt igitur alia mens veteris Interpretis Comici; quæ lucem præferet, vt & viciſſim mutuatur, iis quæ diximus de anno *æquabili* veterum Græcorum, itémque hoc Lunari antiquiſſimo. Obſeruat ergo hic Magiſter viceſimum primum menſis diem aliquando numeratum fuiſſe ἑνδεκάτην, aut δεκάτην, aut ἐνάτην, aut ὀγδόην φθίνοντος. Primum illud eſt proprium anni *æquabilis*. Nam ſingulis annis *æquabilibus* vnus appendebatur dies ad menſem Poſideonem, ac proinde dies eius viceſimus primus, qui in aliis menſibus dicebatur δεκάτη φθίνοντος, appellabatur ἑνδεκάτη φθίνοντος, triginta namque & vno diebus explicabatur. Secundum commune eſt anno *æquabili* & Lunari, qui vſurpatus eſt à Cleoſtrati temporibus: menſes enim anni *æquabilis*, ſi Poſideonem excipias, itémque ſex menſes anni Lunaris erant tricenarij, reliqui verò ſex, quan-

quam essent caui, tamen, quia ἐξαίρεσις fiebat τῆς δευτέρας μηνὸς ἱσταμένου, dies decem ἀπὸ τῆς εἰκάδος numerabant: fuit igitur dies vicesimus primus δεκάτη φθίνοντος. Quod ad tertium & quartum attinet, peculiaria sunt huius anni Lunaris antiquissimi: nam vndecim menses illius erant vigintinouem dierum singuli; quare dies vicesimus primus vniuscuiusque illorum vndecim mensium (neque enim vlla hic fiebat ἐξαίρεσις τῆς δευτέρας ἱσταμένου) dicebatur ἐνάτη φθίνοντος; quemadmodum eiusdem anni mensis, qui viginti octo tantum diebus explicabatur, numerabat suum vicesimum primum diem ὀγδόην φθίνοντος. Exemplo confirmanda est nostra sententia. Refert Plutarchus in Camillo pugnatum fuisse ad Marathonem die Boedromionis sexto. τοῦτο δ' αὖ πάλιν, Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μὲν ἐν Μαραθῶνι ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. idque circa plenilunium, vt ex Herodoto constat Musa VI. Λακεδαιμονίων δὲ ἧκον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μετὰ τὴν πανσέληνον, καὶ πεποιθότες ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὕστεροι δὲ ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς, &c. Si Plutarchum audimus, conijciendum est tempus pugnæ Marathoniæ in annum tertium Olympiadis septuagesimæ secundæ: Nam duobus primis huius Olympiadis annis Diognetus & Hybrilides Prætores Athenis fuerunt, vt auctor est Dionysius Halicarnassensis Libro VI. anno demum tertio Phænippus Prætor fuit, quo Archonte ad Marathonem pugnatum fuisse scribit Plutarchus in Aristide. Itaque intelligeret Plutarchus diem sextum Boedromionis anni *æquabilis*, qui eo anno in plenilunium

ipſum incidit. Nam annus tertius Olympiadis ſeptuageſimæ ſecundæ eſt ducenteſimus octageſimus ſeptimus Iphiti, ſiue annus ſeptimus octauæ noſtræ Periodi annorum *æquabilium*, cuius Hecatombæon cepit die ſeptimo Iulij, Boedromion die quinto Septembris, ac proinde dies ſextus Boedromionis, qui reuera eſt quintus propter τὴν τῆς δευτέρας ἐξαίρεσιν, cadit in diem nonum Septembris: in eundémq; diem cadit plenilunium: Annus enim erat ab Orbe condito termilleſimus quadringenteſimus ſexageſimus, literâ Dominicali F, Cyclo Solis XXIV. Lunæ VI. Quare plenilunium fuit die nono Septembris, feriâ ſecundâ, vt hîc habes:

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
3420.							
3116.							
40.	100.	6.	22.	7.	18.	20.	6.
3420.	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	89.	0.	23.	2.	36.	24.	
	162.	1.	10.	2.	17.		
	252.	2.	9.	4.	53.		

Verum ne Plutarcho accedamus facit, quob obſeruat Herodotus, Lacedæmonios poſt plenilunium domo profectos tertio die in Atticam veniſſe paullo poſt pugnam, cùm adhuc inſepulta, atque è cæde calentia Marathone iacerent hoſtium cadauera: Præterea, quod caput eſt, hoc validiſſimo argumento

probatur anno ſecundo, non autem tertio, Olympiadis ſeptuageſimæ ſecundæ ad Marathonem fuiſſe pugnatum. Maiora Panathenæa quinto quoque anno Athenis inſtaurabantur, vt iamdiu obſeruatum eſt viris eruditiſſimis. Cepit autem hæc Pentaeteris Panathenaïca anno tertio Olympiadis quinquageſimæ tertiæ. Euſebius num. cIↃcccc LI. ad hunc Olympiadis annum. *Agon Gymnicus, quem Panathenæon vocant, actus.* Quare tertio quoque anno Olympiadis Hecatombæone menſe celebrabantur maiora Panathenæa. Vnde pendet notatio temporis Marathoniæ pugnæ: Harmodius & Ariſtogiton Hipparchum de medio ſuſtulerunt ipſo maiorum Panathenæorum feſto, liquet è Thucydidis Hiſt. VI. περιεμένον δὲ, inquit, Παναθήναια τὰ μεγάλα, facinus autem illud feciſſe narrat, ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτή. Iam verò nemo eſt qui ambigat illud eſſe geſtum intra Olympiadem ſexageſimam ſextam; cùm autem Panathenæa maiora, quibus cæſus eſt Hipparchus, non agantur niſi anno tertio Olympiadis ſexageſimæ ſextæ, inde neceſſario ſequitur Hipparchum cæſum fuiſſe anno tertio Olympiadis ſexageſimæ ſextæ. Poſt Hipparchi cædem, Hippias tres annos tyrannum egit, tertio exactus eſt: Thucydides ibid. τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ, &c. Annus igitur exacti Tyranni Hippiæ eſt ſecundus Olympiadis ſexageſimæ ſeptimæ: Anno ab hinc viceſimo Hippias cum Perſis ad Marathonem occubuit. Thucydides ibid. ὅθεν καὶ ὁρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ ἤδη γέρων ὢν, μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν

Vicesimus annus à secundo Olympiadis sexagesimæ septimæ cadit in annum secundum Olympiadis septuagesimæ secundæ, Hybrilide Athenis Archonte. Quare eo anno ad Marathonem pugnatum est, qui est ab Orbe condito termillesimus quadringentesimus quinquagesimus nonus, literâ Dominicali G, Cyclo Solis XXIII. Lunæ V. Vertebat annus ducentesimus octagesimus sextus Iphiti: quare elapsi sunt anni ducenti octoginta quinque, qui dant centum & quater mille & septuaginta dies. Elapsi quoque erant anni Lunares huius, quem descripsimus, moduli, ducenti octoginta octo, qui dant dies centum & quater mille centum atque duodecim: quare annus Lunaris ducentesimus octagesimus & nonus, quo vertente ad Marathonem pugnatum est, cepit die vicesimo quarto Iulij mensis anni ab Orbe condito ter millesimi quadringentesimi quinquagesimi noni, siue die tertiodecimo Metagitnionis anni Iphitei ducentesimi octagesimi sexti, qui est sextus nostræ Periodi annorum æquabilium. Cadit igitur dies sextus Boëdromionis huius anni Lunaris ducentesimi octagesimi noni in diem vicesimum tertium Septembris, siquidem Hecatombæon cepit die vicesimo quarto Iulij mensis: Nam hîc duo adnotanda sunt, prius est Metagitnionem mensem, qui secundus est, fuisse dierum tantum viginti octo, quemadmodum Numa, Græcorum imitatione, secundum suum mensem totidem dierum fecit: alterum est Boëdromionis secundum diem semper fuisse exemtum, itaque qui sextus eius dies politicè nume-

ratur, reuera tantum quintus eſt. Plenilunium vero commiſſum eſt die viceſimo Septembris.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3459.							
3420.							
39.	82.	1.	0.	34.	37.	19.	5.
3420.	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	71.	2.	1.	29.	55.	23.	
	191.	2.	22.	46.	20.		
	263.	5.	0.	16.	15.		

Putat noſter Vranologus, falli Plutarchum, qui in Camillo ſcribit, ſexto Boëdromionis Perſas apud Marathonem eſſe ſuperatos, quod ex Herodoto Libro VI. redarguitur. Ibi enim ingruentibus Perſarum copiis Athenienſes refert Legatos miſiſſe Lacedæmonem, qui ἐνάτῃ ἱσταμένου μηνὸς eò peruenerunt: Verùm Lacedæmonios ante plenilunium egredi noluiſſe, ſecundum quod tertio die in Atticam venerunt. Si ἐνάτῃ μηνὸς ἱσταμένου, nondum erat commiſſum prẹlium, erroris Plutarchus eiuſue librarius conuincitur, qui id ſexto die factum aſſerit. Sed pugnantia ſcribit noſter Cenſor, nam Lib de Doctrina Temporum XIII. ad annum Periodi Iulianæ cIↃ cIↃ cIↃ cIↃ CCXXIV. hæc notat: Marathonia pugna hoc anno contigit, Boëdromionis VI. die, vt ait Plutarc. in Cam. hoc eſt XXIX. Sept. feria 1. Nobiſcum igitur hîc ſentit pugnatum fuiſſe Boëdromio-

nis die ſexto: quare Plutarchum librariumve eius erroris liberat, in eo verò peccat & erroris ipſe arguitur, quod Boëdromionis diem ſextum confert in viceſimum nonum Septembris: nam Nouiluniũ commiſſum eſt eo anno, in quem conijcit Marathoniam pugnam nuperus ſcriptor, die viceſimo quarto Septembris.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3460.							
3420.							
40.	100.	6.	22.	7.	18.	20.	6.
3420.	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	89.	0.	23.	2.	36.	24.	
	177.	2.	4.	24.	19.		
	267.	3.	3.	26.	55.		

Plenilunium verò incidit, vt numerant Athenienſes, in diem nonum Octobris.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3460.							
3420.							
40.	100.	6.	22.	7.	18.	20.	6.
3420.	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	89.	0.	23.	2.	36.	24.	
	191.	2.	22.	46.	20.		
	281.	3.	21.	48.	56.		

Atqui circa plenilunium pugnatum eſt, auctore Herodoto,

rodoto, non igitur dies Boëdromionis ſextus cadit eo anno in viceſimum nonum Septembris diem, feriâ primâ. Quod verò ad annum attinet, in ſuperioribus demonſtrauimus præcedentem fuiſſe ſiue ſecundum Olympiadis ſeptuageſimæ ſecundæ: Diem vero fuiſſe Boëdromius ſextum alibi obſeruat Plutarchus, nempe Lib. de Gloria Athenienſium: ἕκτῃ μὲν ἱσαμένου Βοηδρομιῶνος ἐσέτι νῦν τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην ἑορτάζει. Diem autem Boëdromionis ſextum incidiſſe eo anno in viceſimum tertium Septembris mirificè confirmat Herodotus; nam qui nonus numeratur dies Lacedæmoniorum eſt, non Athenienſium, τοῖσι δὲ ἕαδε μὲν βοηθέειν Ἀθηναίοισι, ἀδύνατα δέ σφι ἦν τὸ παραυτίκα ποιέειν ταῦτα, οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον. ἦν γὰρ ἱσαμένη τοῦ μηνὸς εἰνάτη· εἰνάτῃ δὲ οὐκ ἐξελεύσασθαι ἔφασαν, μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου. οὗτοι μὲν δὴ τὴν πανσέληνον ἔμενον. Erat annus primus, vt ex iis, quæ infra, Deo dante, dicemus, conſtabit, Octaëteridis Laconicæ, cuius primus menſis cepit die nono Ianuarij: ergo nonus menſis cepit die ſecundo Septembris, nonus eiuſdem menſis dies in decimum diem Septembris cadit. Expectarunt Lacedæmonij plenilunium celeſte, & ſecundum illud domo profecti die viceſimo primo Septembris, in Atticam venerunt tertio die, qui eſt viceſimus tertius Septembris, cùm iam fuſi fugatique fuiſſent barbari, quorum cadauera adhuc inſepulta & à cęde calentia oculis vſurpare voluerunt. Herodotus: Λακεδαιμονίων δὲ ἧκον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μετὰ τὴν πανσέληνον, ἔχοντες σπουδὴν πολλὴν καταλαβεῖν, οὕτως ὥστε τριταῖοι ἐκ Σπάρ-

της ἐγλόοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὕστεροι δὲ ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς, ἱμείροντο ὅμως θεήσασθαι τοὺς Μήδους. ἐλθόντες δὲ ἐς τὸν Μαραθῶνα, ἐθεήσαντο.

CAPVT X.

EXISTIMAT nuperus ſcriptor Cenſorini locum, quem ſuperiori capite deſcripſimus, facere ad probandum annum illum, cuius menſibus triginta dies attribuebantur, & altero quoque anno menſis ſolidus interkalabatur. At exploſa hac Dieteride, tranſitum eſt ad Tetraëteridem, quæ, vt vult nuperus ſcriptor, merum luſtrum Iulianum fuit conſtans diebus 1461. Quo interuallo Solis ac Lunæ conuerſiones ad idem punctum regredi perſuaſum habebant. Nam idem Cenſorinus poſtea ſcribit, ab illis reiectam, *quod ad Solis modo curſum, nec ad Lunæ congruere videbatur*. Ergo cùm primùm eſt ſuſcepta, vtrique congruere putabant. Neque mirum eſt, qui nuper triginta diebus Lunarem ſyzygiam confici putabant, eos horis fere quinque minorem illam feciſſe. Etenim Tetraëteris è diebus compoſita 1461. in quadraginta nouem ſyzygias tributa, dat vnicuique dies 29. horas 19. $\overset{I}{35}$ $\overset{II}{30}$. $\frac{30}{49}$. Annus ſimplex Lunaris dies colligebat 357. horas 19. $\overset{I}{6}$ $\overset{II}{7}$. $\frac{17}{49}$. Mox autem, vt vſu, ac ſenſibus cognitum eſt, multo minorem eſſe Tetraëteridem Lunarem, atque interuallum illud Soli, non Lunæ quadrare, Octaëterides ſubſtitutæ, prout Geminus ac Cenſorinus aſſerunt.

Verum aſſenſum non meretur nuperus ſcriptor:

Nam Tetraëteris hæc Cēsorini nihil aliud fuit quam duplicata Dieteris, saltem si Censorinum ipsum audimus, qui profecto audiendus est. Eius verba iterum hîc describemus. *Veteres in Græcia ciuitates cùm animaduerterent, dum Sol annuo cursu orbem suum circuit, Lunam interdum terdecies exoriri, idque sæpe alternis fieri, arbitrati sunt Lunares duodecim menses & dimidiatum ad annum naturalem conuenire: itaque annos ciuiles sic statuerunt, vt interkalando facerent alternos duodecim mensium, alternos tridecim: postea cognito hoc tempus duplicarunt, & Tetraëterida fecerunt.* Ex his colligere est antiquissimam hanc Tetraëteridem tributam fuisse in syzygias Lunares quinquaginta, non autem, vt vult nuperus scriptor, quadraginta nouem tantùm. Nam singulæ Dieterides tribuebantur in syzygias vigintiquinque, duplicabatur autem Dieteris. Quare Tetraëteris erat Lunarium syzygiarum quinquaginta. Præterea obseruat Censorinus intra biennium vertisse viginti quinque syzygias Lunares, vt minimum, nam intra duo lustra Iuliana vertebant centum & vna syzygiæ Lunares. Ergo syzygia non erat dierum triginta, nec annus Lunaris, de quo Censorinus, dierum trecentorum sexaginta, cum embolimo mense alternis annis, qui esset dierum triginta. Nam ad annuum Solis cursum, quo orbem suum conficit, si attendas, omnino constabit intra duos annos non vertere vigintiquinque syzygias Lunares triginta dierum singulas. Quare fuit antiquissimus hic Græcorum annus Lunaris, & ex eo conflatæ Dieterides, itémque eius Tetraëterides, eius moduli, quem su-

periori capite descripsimus : neque paria faciebant Lunæ rationes cum rationibus Solis, sed illæ ab his intra Tetraëteridem diebus quindecim superabantur. Vnde fit, vt antiquissima Græcorũ Tetraëteris, de qua Censorinus, non fuerit lustrum Iulianum diebus explicatum mille quadringentis sexaginta & vno, quod tamen probari putat nuperus scriptor ex his Censorini verbis, quæ adscribemus, vt ea emendemus. *Postea cognito errore hoc tempus duplicarunt, & Tetraëterida fecerunt, sed eam quod quinto quoque anno redibat Pentaterida nominabant, qui annus magnus ex quadriennio commodior visus est, vt annus Solis constaret ex diebus trecentis sexaginta quinque, & diei parte circiter quarta, quæ vnum in quadriennio diem conficeret: quare Agon, & in Elide Ioui Olympio, & Romæ Capitolino, quinto quoque anno redeunte celebratur, hoc quoque tempus, quod ad Solis modo cursum, nec ad Lunæ congruere videbatur, duplicatum est, & Octaëteris facta.* His verbis docet Censorinus, quomodo ventum sit à Tetraëteride ad Octaëteridem, modúsque alius anni Lunaris institutus ab eo qui ante obtinuerat. Verum quidem erat Tetraëteridem quinquaginta Lunaribus syzygiis antiquissimis explicatam paria facere cum veris annis Lunaribus quatuor, & mense embolimo, attamen non ita conciliabantur rationes Solis cum rationibus Lunæ sed supererant explicando anno Solari dies quindecim : Quare verus annus Lunaris receptus est, & Octaëteris facta, quæ cum Solis rationibus pariaret. Verba Censorini luxata & leuiter corrupta ita restituimus. *Postea cognito errore,*

hoc tempus duplicarunt, & Tetraëterida fecerunt, sed eam, quod quinto quoque anno redibat, Penteterida nominabant: qui annus magnus ex quadriennio commodior visus est: quare Agon, & in Elide Ioui Olympio, & Romæ Capitolino, quinto quoque anno redeunte celebratur. At annus Solis constat & ex diebus trecentis sexaginta quinque, & diei parte circiter quarta, qua vnum in quadriennio diem conficit: & hoc quoque tempus, quod ad Solis modo cursum, nec ad Lunæ congruere videbatur, duplicatum est, & Octaëteris facta. Sed de his satis: addemus coronidis vicem exemplum, quod ad hanc anni formam possit referri, quanquam nos in superioribus adtulimus ad comprobandam anni *æquabilis* formam. Diximus Athenienses pugnâ sibi asseruisse insulam Salamina aduersus Megarenses anno quarto Olympiadis quadragesimæ quartæ, vertente anno ab Orbe condito termillesimo tercẽtesimo quinquagesimo, Munychionis die sextodecimo, plenilunio. Vertebat annus Iphiti centesimus septuagesimus sextus: quare elapsi sunt anni centum septuaginta quinque, qui dant sexaginta tres mille & nongentos dies. Elapsi quoque erant anni Lunares centum septuaginta septem, qui dant dies sexaginta tres mille nongentos & septuaginta vnum. Ergo annus Lunaris centesimus septuagesimus octauus, quo vertente ad Salamina pugnatum est, cepit die vicesimo nono Augusti anni ab Orbe condito termillesimi tercentesimi quadragesimi noni; Cadit igitur sextus decimus Munychionis dies in tricesimum Maij diem anni ab Orbe condito termillesimi tercentesimi

quinquagesimi. Plenilunium vero pridie commissum est, vicesimo nono Maij die feriâ septimâ.

Anni.	Dies.	Feriæ.	Horæ.	I.	II.	☉.	☽.
3350.							
3344.							
6.	86.	6.	13.	2.	15.	14.	10.
3344.	10.	2.	17.	13.	53.	16.	
	75.	3.	19.	48.	22.	26.	
	73.	3.	19.	50.	8.		
	149.	7.	15.	38.	30.		

Caput XI.

Mutasse veterem istum anni Lunaris modum non sinunt nos dubitare Herodotus & Geminus, quanquam tam mihi certo constet eum modum, de quo iam agemus, Deo dante, vulgo non fuisse vsurpatum, quàm Solem meridie lucere; neque enim vllum potest adferri exemplum, cuius tempus ex illa anni forma inuestigari queat. Cùm igitur antiquissimus ille Lunaris anni modus, de quo in superioribus dictum est, menses dierum faceret viginti nouem tantùm, facilè obseruatum est à peritis paullo maius esse interuallum, quod est ἀπὸ συνόδου ἐπὶ σύνοδον, quare mensem fecerunt dierum triginta: vnde etiam vltimum mensis diem à numero dierum τριακάδα dixerunt. Geminus cap. de Mensibus. ὅτεν καὶ τὴν τριακοστὴν τοῦ μηνὸς ἡμέραν ἐσχάτην οὖσαν ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ συμβαίνοντος τριακάδα ἐκάλεσαν. Quod

Thaleti adſcribit Diogenes Laërtius in eius vita: πρῶτος δὲ καὶ τὴν ὑστέραν τοῦ μηνὸς τριακάδα εἶπε. Vnde coniecturam facere licet ætate, qua Thales floruit, tricenarios hos Lunaris anni menſes factos fuiſſe, quod alio argumento facilè infra comprobabimus. Factis tricenarijs menſibus interkalatum eſt nihilominus alternis annis. Geminus loco laudato. Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τοὺς μῆνας τριακονθημέρους ἦγον· τοὺς δὲ ἐμβολίμους παρ' ἐνιαυτόν. Atque de hoc anni typo intelligendus eſt Solon apud Herodotum Clio. Ες γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζόης ἀνθρώπῳ προτίθημι. οὗτοι ἐόντες ἐνιαυτοὶ ἑβδομήκοντα, παρέχονται ἡμέρας διηκοσίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ δισμυρίας, ἐμβολίμου μηνὸς μὴ γινομένου. Εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει τοὔτερον τῶν ἐτέων μηνὶ μακρότερον γίνεσθαι, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον, μῆνες μὲν παρὰ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα οἱ ἐμβόλιμοι γίνονται τριάκοντα πέντε· ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μηνῶν τούτων, χίλιαι πεντήκοντα Quia nempe tunc primum obſeruari ceperat à peritis huiuſmodi anni Lunaris modus, quanquam ipſe Solon pro ſua ſapientia deprehendit eſſe iuſto maiorem: nam die triceſimo nouellam fieri Lunam obſeruauit, vnde etiã τὴν τριακάδα appellauit ἕνην καὶ νέαν. Proclus Commentario I in Timæum Platonis. Σόλωνος δὲ καὶ ὅτι ὁ μὴν ὁ σεληνιακὸς, οὐκ ἔστι τριακονθήμερος, καὶ διὰ τοῦτο πρῶτος αὐτὸς ἕνην ἐκάλεσε καὶ νέαν, Diogenes Laërtius in Solone, πρῶτος δὲ Σόλων τὴν τριακάδα ἕνην καὶ νέαν ἐκάλεσεν. Vide Ariſtophanem Νεφέλαις, & Plutarchum in Solone: Solonis exemplo inuitati nonnulli vitium huius anni deprehenderunt, atque id

non ita multo poſtquam à peritis, vt videri volebant, propoſitus eſt; in eiuſque locum venit Octaëteris. Geminus loco laudato. Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τοὺς μῆνας τριακονθημέρους ἦγον· τοὺς δὲ ἐμβολίμους παρ' ἐνιαυτόν. ταχέως δὲ ὑπὸ τοῦ φαινομένου ἐλεγχομένης τῆς ἀληθείας διὰ τὸ τὰς ἡμέρας, καὶ τοὺς μῆνας μὴ συμφωνεῖν τῇ σελήνῃ, τοὺς δ' ἐνιαυτοὺς μὴ στοιχεῖν τῷ ἡλίῳ. ὅθεν ἐζήτουν περίοδον, ἥτις κατὰ μὲν τοὺς ἐνιαυτοὺς τῷ ἡλίῳ συμφωνήσει· κατὰ δὲ τοὺς μῆνας, καὶ τὰς ἡμέρας τῇ σελήνῃ· περιέχει δὲ ὁ τῆς περιόδου χρόνος ὅλους μῆνας, καὶ ὅλας ἡμέρας, καὶ ὅλους ἐνιαυτούς, πρῶτον δὲ συνεστήσαντο τὴν περίοδον τῆς ὀκταετηρίδος. Primus qui Octaëteridem in vulgus dedit, fuit Cleoſtratus Tenedius. Cenſorinus. *Hanc Octaeterida vulgo creditum eſt ab Eudoxo Cnidio inſtitutam, ſed hanc Cleoſtratum Tenedium primùm ferunt compoſuiſſe.* Quod ſi cito deprehenſum eſt anni huius Lunaris, de quo agimus hoc capite, vitium poſt quam primùm propoſitus eſt, eiuſque vicem inſtituta Octaëteris, vt omnino verum eſt auctore Gemino, Octaëteridem autem primus compoſuerit Cleoſtratus Tenedius, vt docet Cenſorinus, hinc liquido conſtabit annum hunc Lunarem propoſitum fuiſſe, vt antea dicebamus, circa ea, quibus claruit Thales, tempora. Nam Cleoſtratus floruit paullo poſt Olympiadem quinquageſimam octauam: Plinius Lib. II. cap. VIII. *Obliquitatem ſigniferi intellexiſſe, hoc eſt, rerum fores aperuiſſe, Anaximander Mileſius traditur primus Olympiade quinquageſima octaua. Signa deinde in eo Cleoſtratus, & prima Arietis ac Sagittarij.* Habuit autem hæc Octaëteris dies bis mille nongentos & viginti

viginti duos, qui in annos octo cum embolimis mensibus tribus distribuuntur, anni singuli sunt dierum trecentorum quinquaginta quatuor: embolimi menses dierum triginta quisque. Geminus πρῶτον δὲ συνεστήσαντο τὴν περίοδον τῆς ὀκταετηρίδος, ἥτις περιέχει μὲν μῆνας Ϟθʹ, ἐν οἷς ἐμβόλιμοι γʹ, ἡμέρας δὲ ͵βπκβʹ, ἔτη δὲ ηʹ. Alternis autem caui & pleni sunt menses. Geminus. ἄγεται δὲ ὁ κατὰ σελήνην ἐνιαυτὸς ἡμερῶν τνδʹ. διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὑπέλαβον εἶναι τὸν κατὰ σελήνην μῆνα ἡμερῶν κθʹ $\frac{α}{β}$. τὸν δὲ δίμηνον χρόνον ἡμερῶν νθʹ. ὅθεν κοῖλον, καὶ πλήρη μῆνα παρὰ μέρος ἄγουσι. Et quidem primus mensis anni Lunaris plerarumque ciuitatum Græcarum erat cauus, secundus plenus, tertius cauus, & ita deinceps: de Atheniensium mensibus probant exempla: habes quoque exemplum in anno Lampsacenorum apud Aristotelem Oeconomicωn Lib. II. cuius verba adscribemus, vt à nobis illustrentur: τόν τε περὶ τοῦ χρόνου διδοὺς τοῖς στρατιώταις τῇ δευτέρᾳ τῆς νουμηνίας τὰς σιταρχίας, τῷ μὲν πρώτῳ μηνὶ ὑπερέβη τρεῖς ἡμέρας, τῷ δ᾽ ἐχομένῳ, πέντε. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον προῆγεν, ἕως εἰς τὴν τριακάδα ἦλθε. Hunc locum attigit vir summus, sed Aristotelis mentem non videtur assecutus: non enim vnum tantum mensem esset lucratus Mnemo, sed etiam præterea, vt numerat Illustrissimus Heros, menses quinque, & dies octodecim. Quod est contra Aristotelis mentem, qui hoc tantùm scribit, Mnemonem, vt numerabat, venisse εἰς τὴν τριακάδα, hoc est, dies tantum triginta exemisse, atque lucratum fuisse. Sensus igitur verborum Aristotelis hic est. Solebat olim, inquit, tyrannus postridie Ka-

lendarum cuiuſque menſis militibus ſuis menſtruam metiri annonam: quia autem poſtridie Kalendarum, id eſt, τῇ δευτέρᾳ τῆς νουμηνίας, ſtipendium numerabat, ratione dierum, qui intercedebant ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆς νουμηνίας εἰς τὴν τριακάδα, hinc fiebat, vt aliquot, ſingulis menſibus, dies lucraretur, nempe menſe cauo, cuiuſmodi erat apud Lampſacenos mẽſis primus, vt hinc liquet, dies tres. Nam ἡ δευτέρα τῆς νουμηνίας menſe cauo, propter exæreſim, τρίτη ἱσταμένου appellabatur, menſe vero pleno, dies duos: atque ita triginta dies, hoc eſt, vnum integrum menſem lucrabatur intra duodecim menſes alternis cauos & plenos. Nempe primo menſe, qui cauus erat, tres dies lucrabatur: ſecundo menſe, qui plenus erat, duos dies, qui tribus diebus præcedentis menſis additi faciunt quinque: atque ita deinceps hoc modo dies, quorum ratione militibus ſtipendium ſiue annonam metiebatur, menſium numerabat XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. XXVII. XXVIII. Sic menſem integrum lucrabatur. Sed è diuerticulo in viam. Boëdromion eſt perpetuo ἐξαιρεσιμαῖος, inquit Plutarchus; quod non tantum verum eſt de anni *æquabilis* Boëdromione, ſed etiam intelligendum eſt de omnis anni Lunaris Boëdromione. Thargelionem cauum eſſe probat, quod apud Plutarchum & Dionyſium Halicarnaſſeum legitur de Ilij excidio; itemque quod de die Natali Apollinis in veterum Commentariis proditur. Nam Apollinem natum perhibent τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου, &

tamen appellatur ἑβδομαγενής, & Thargelia celebrabantur Athenis τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου. nempe verè erat dies ſextus Thargelionis, ſed πολιτικῶς dicebatur ἑβδόμη τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου, propter τὴν τῆς δευτέρας ἱσταμένου ἐξαίρεσιν. Atque hinc colligere licet, quis ſit exæreſeos ſitus in menſibus Græcorum: eximebatur ſcilicet ἡ δευτέρα μηνὸς ἱσταμένου. Theodorus vero Gaza contra ſentit pro δεκάτῃ φθίνοντος dictam eſſe ἐνάτην, & vnum diſſimulatum eſſe diem, eius ſententiæ acceſſit nuperus ſcriptor in Libris de Doctrina Temporum, putatque Pollucem Lib. I. cap. VII. in eandem ſecum ire, & ſolius menſis caui dies computare. Ait enim viceſimam primam vocari aliter ἐνάτην φθίνοντος, ſed mendoſum, vt eſt reuera, ſuſpicatur eſſe Pollucis locum, quem ita legit, ἡ δ' αὐτὴ καὶ θ' φθίνοντος, ὅτε θ' γὰρ λοιπὰ ἀπὸ τῆς κα'. *Eadem & IX. deſinentis dicitur, quando nouem non amplius à XXI. dies ſuperſunt.* Ita cauis dumtaxat in menſibus XXI. dies nominabatur ἐνάτη φθίνοντος. Sed nimium recedit nuperus ſcriptor ab edita Pollucis lectione. Reſcribendum potius puto: ὁ δὲ ἀπὸ τούτου, α' ἐπὶ εἰκάδι, ι' ἡ δ' αὐτὴ, καὶ θ' φθίνοντος, (θ' γὰρ λοιπὰ ἀπὸ τῆς κα'.) καὶ ὁμοίως ἄχρι τῆς τριακάδος. Dies XXI. appellatur prima ſupra viceſimam, decima quoque eadem: & nona deſinentis, (enim nouem dies à viceſimo primo dicuntur deſinentis.) & ita deinceps, vſque ad triceſimam. Hoc vult Pollux nouem eſſe dies à viceſimo ad triceſimum, vtroque termino excluſo, qui φθίνοντος eſſe dicuntur: horum nouem primus dicitur decimus, alter nonus φθίνοντος, & ita

deinceps ad tricesimum vsque, qui non πρώτη φθίνοντος, sed τριακὰς, aut ἔνη καὶ νέα appellatur, quod omnino verum est. Atque ista de exæresi in cauis mensibus satis, addamus pauca de embolimorum mensium situ in Octaëteride. Interkalatum igitur est anno tertio, & quinto, itémque vltimo Octaëteridis. Geminus: τοὺς ἐμβολίμους μῆνας ἔταξαν ἄγεσθαι ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει, καὶ πέμπτῳ, καὶ ὀγδόῳ· δύο μὲν μῆνας, μεταξὺ δύο ἐτῶν πιπτόντων· ἕνα δὲ μεταξὺ ἑνὸς ἐνιαυτοῦ ἀγομένου. Cepit autem Cleostrati Octaeteris anno primo vertente Olympiadis sexagesimæ sextæ, die octauo Ianuarij anni ab Orbe condito termillesimi quadringentesimi tricesimi quinti, Cyclo Solis XXVII. literâ Dominicali B. feriâ septimâ, cum Nouilunium fuisset commissum die septimo Ianuarij circa meridiem, appetente die octauo, vt quidem Athenienses sua ab occaso Sole numerabant tempora.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3434.							
3420.							
14.	88.	4.	1.	42.	26.	22.	18.
3420.	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	77.	5.	2.	38.	44.	26.	
	295.	1.	7.	20.	31.		
	372.	6.	9.	19.	15.		
	365.		1.	8.			
	7.		11.	7.			

En autem huius Octaeteridis Tabellam, mensibus

embolimis interkalatis, vt primum fuisse factum Geminus testatur.

OCTAETERIS CLEOSTRATI,

ANNI PERIODI.	DIES A QVO INCIPIVNT.	LIT.DOM.
I.	VIII. Ianuarij.	B.
II.	XXVIII. Decembris.	A.
III. Embol.	XVII. Decembris.	GF.
IV.	IV. Ianuarij.	E.
V. Embol.	XXIV. Decembris.	D.
VI.	XII. Ianuarij.	C.
VII.	Kalendæ Ianuarij.	BA.
VIII. Embol.	XX. Decembris.	G.

CAPVT XII.

VBI Cleostratus signum ad benè merendum de anno Lunari primus sustulit, non desuerũt qui vestigia eius legentes suas protulerunt Octaëteridas, inter eos fuit Harpalus, qui Octaëteridem eandem, quod ad numerum dierum, mensium, & annorum attinet, cum Cleostrato instituit, sed non eodem mensium interkalarium situ, neque ab eodem anno repetitam: de hoc Harpalo Censorinus: *Hanc Octaëterida vulgo creditum est ab Eudoxo Cnidio institutam; sed hanc Cleostratum Tenedium primum ferunt composuisse, & postea alios aliter. qui mensibus variè interkalandis suas Octaëteridas protulerunt, vt fecit Harpalus, Nauteles, Mnesistratus, item alij, in quis Dositheus, cuius*

maximè Octaëteris Eudoxi inſcribitur. Harpalus igitur, vt hinc liquet, interpolauit Octaeteridem Cleoſtrati variè interkalatis menſibus: nihil namque refert etiamſi mutet embolimorum menſium ſitus. Geminus: οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἐὰν καὶ ἐν ἄλλοις ἔτεσι τὴν αὐτὴν διάταξιν τῶν ἐμβολίμων μηνῶν ποιήσηταί τις. Deprehendit verò Nouilunium vertente anno primo Olympiadis ſeptuageſimæ, die decimo Ianuarij anni ab Orbe condito termilleſimi quadringenteſimi quinquageſimi primi, Cyclo Solis XV, literâ Dominicali C, feriâ primâ, imminente die vndecimo, vt numerant Athenienſes ſua tempora.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☾.
3450.							
3420.							
30.	91.	6.	3.	4.	49.	10.	15
	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	80.	0.	4.	0.	7.	14.	
	295.	1.	7.	20.	31.		
	375.	1.	11.	20.	38.		
	365.		1.	8.			
	10.		12.	28.			

Cepit igitur Octaeteris Harpali die vndecimo Ianuarij anni ab Orbe condito termilleſimi quadringenteſimi quinquageſimi primi, feriâ ſecundâ, anno primo Olympiadis ſeptuageſimæ vertente, cuius hoc eſt Diagramma.

OCTAETERIS HARPALI.

ANNI PERIODI.	DIES A QVO INCIPIVNT.	
I. Embol.	XI.	Ianuarij.
II.	XXX.	Ianuarij.
III. Embol.	XIX.	Ianuarij.
IV.	VI.	Februarij.
V.	XXVI.	Ianuarij.
VI. Embol.	XV.	Ianuarij.
VII.	III.	Februarij.
VIII.	XXII.	Ianuarij.

Athenienſibus hanc Octaeteridem vſurpatam fuiſſe, quanquam non ſtatim ac inſtituta eſt, vt videre eſt ex iis, quæ diximus de Marathonia pugna, probant exempla, quorum tempora ſunt inueſtiganda ex hac Octaeteride. Cepit primus Hecatombæon Metonicus anno quarto Olympiadis octageſimæ ſextæ deſinente, ſiue potius nouo anno primo Olympiadis octageſimæ ſeptimæ, cùm tamen adhuc in Magiſtratu eſſet Apſeudes vertente anno Prytaneias ſiue Octaeteridis. Dies erat tertius decimus Scirrhophorionis, in quem incidit Neomenia primi Hecatombæonis Metonici: Diodorus Siculus Libro XII. ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Μέτων ὁ Παυσανίου μὲν υἱός, δεδοξασμένος δὲ ἐν ἀστρολογίᾳ ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην Ἐννεαδεκαετηρίδα, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς ἐν Ἀθήναις Σκιῤῥοφοριῶνος τρισκαιδεκάτης. Annus erat ab Orbe condito termilleſimus quin-

gentesimus decimus octauus, Cyclo Lunæ VII. Solis XXVI. literâ Dominicali C, ac proinde erat annus quartus nonæ Octaeteridis Harpaleæ vertentis, cuius Gamelion cepit die sexto Februarij, feriâ septima; Scirrhophorion die tertio Iulij, feria quoque septima; itaque tertius decimus Scirrhophorionis dies cadit in quintum decimum Iulij diem, feria quinta: Nouilunium autem hoc anno commissum est hoc ipso die.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3518.							
3496.							
22.	89.	1.	14.	38.	2.		7.
3496.	11.	2.	4.	55.	28.	4.	
	78.	6.	9.	28.	10.	26.	
	118.	6.	2.	56.	13.		
	166.	5.	12.	24.	23.		

Quare verè dixit Diodorus, Metonem statuisse primum suum Hecatombæonem die tertio decimo Scirrhophorionis. Nam in hunc tertium decimum Scirrhophorionis diem Octaëteridis Harpaleæ cadit Nouilunium, à quo Meton primum Hecatombęonem suæ Enneadecaeteridis auspicatus est. Sequitur aliud exemplum. Cleo extra ordinem Strategus suffectus est, mense Boedromione, in locum Niciæ vltrò se præfectura abdicantis, vt constat è Plutarcho

in

in Nicia; eaque ipsa die contigit Lunæ Eclipsis. Aristophanes.

> Εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην Παφλαγόνα
> Ἡνίχ' ἡρεῖσθε Στρατηγὸν, τὰς ὀφρῦς συνήγομεν,
> Κἀποιοῦμεν δεινά. βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς,
> Ἡ σελήνη δ' ἐξέλιπε τὰς ὁδούς.

Scholia: ὅτι ἔκλειψις ἐγένετο σελήνης τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους Βοηδρομιῶνι. Illa ipsa die Boëdromionis, qua extra ordinem electus est Cleo, Lunam esse passam Eclipsim testis est Comicus, qui de electo Cleone ista habet.

> ---------- οὗτος τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ
> Επείαρ δοῦλον, βυρσοδέψην, Παφλαγόνα.

Hæc acciderunt Stratocle Athenis Prætore, anno quarto Olympiadis octagesimæ octauæ, cùm verteret annus ab Orbe cõdito termillesimus quingentesimus vicesimus quintus, litera Dominicali B A, Cyclo Solis V, Lunæ XIV. Ergo erat annus tertius Octaeteridis Harpaleæ decimæ vertentis, cuius Gamelion cepit die decimonono Ianuarij, feria quarta; Boedromion die duodecimo Septembris, feria tertia. Nouilunium commissum est tertiodecimo die Boedromionis, siue vicesimo quarto Septembris, feria prima.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3525.							
3496.							
29.	101.	1.	18.	16.	11.	9.	14.
3496.	11.	2.	4.	55.	28.	4.	
	90.	6.	13.	20.	43.	5.	
	177.	2.	4.	24.	19.		
	267.	1.	17.	45.	2.		

Lunæ Eclipſis nono Octobris die contigit veſperi poſt meridiem hora ſexta, cùm iam cepiſſet Boedromionis τριακάς, vt quidem Athenienſes ſuos numerant dies; eſt enim Boedromionis ἕνη καὶ νέα die decimo Octobris, feria tertia, nam Boedromion cauus eſt. τριακὰς δ' autem habebatur κυρία ἐκκλησία. eademque, cum ἕνη καὶ νέα appelletur, etiam pars νουμηνίας menſis ſequentis cenſetur: itaque optimè dixit Ariſtophanes Equitibus.

------ οὗτος τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ

Ἐπρίατο δοῦλον, βυρσοδέψην, Παφλαγόνα.

Atque hic quidem Vranologus caſtigat noſtram obſeruationem, quia Lunares erant menſes, non æquabiles, nec vitium eo progredi potuit, vt cum neomenia plena Luna concurreret. Atqui teſtatur Ariſtophanes Νεφέλαις Athenienſes Octaeteridem vſurpantes inuerſo plane ordine Lunares menſes numeraſſe; ἄνω τε καὶ κάτω ἐκυδοιδόπων. plena ſcilicet Luna concurrebat cum menſis Neomenia, vt in hoc exemplo. Adſtruẽdus eſt Octaeteridis Harpaleæ vſus

alio exemplo. Refert Hiſt. II. Thucydides Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις, Thebanos noctu inuaſiſſe vrbem Platæas, quod tempus conferunt viri eruditiſſimi in Nouilunium, quod commiſſum eſt die ſexto Maij. Thucydides dicit conticinio fuiſſe pugnatum, cùm tenebræ eſſent, menſe affecto: φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον, ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπ' αὐτούς, ἄπειροι μὲν ὄντες οἱ πλείους ἐν σκότῳ καὶ πηλῷ τῶν διόδων. ἢ χρὴ σωθῆναι· καὶ γὰρ τελευτῶντος τοῦ μηνὸς τὰ γιγνόμενα ἦν. Male, meo iudicio, iſta Scholiaſtes Thucydidis. γινόμενος ἦν ὁ πόλεμος φθινούσης Σελήνης. τοῦ κατὰ Σελήνην λέγει μηνός. τουτέστιν, ἐν συνόδῳ. Nam aliud plane eſt. Totam noctem non lucebat Luna, quando Platæas occupare aggreſſi ſunt Thebani, ſed occidit media nocte circiter: Thebanis enim opus erat Lunæ luce ad conficiendum iter, & vides apud Thucydidem noctem hanc περὶ πρῶτον ὕπνον, non adeo fuiſſe tenebris obſitam, vt non potuerint Platæenſes deprehendere Thebanos multos non eſſe: itaque inſtruunt ſe ad pugnam inuadendam paullo ante diluculum, cùm iam Luna occidiſſet. Quare dicimus cùm iſta acciderunt, ſeptimam fuiſſe Lunam circiter, vertente Munychione menſe, cùm Pythodorus adhuc duos menſes in Magiſtratu eſſet futurus. Annus erat ab Orbe condito termilleſimus quingenteſimus decimus nonus, literâ Dominicali B. Cyclo Solis XXVII. Lunæ VIII. Nouilunium commiſſum eſt die ſexto Maij, feria ſexta, Munychionis die quartodecimo ineunte.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
3519.							
3496.							
23.	108.	7.	11.	56.	18.	3.	8.
3496.	11.	2.	4.	55.	28.	4.	
	97.	5.	7.	0.	50.	27.	
	29.	1.	12.	44.	3.		
	126.	6.	19.	44.	53.		

Annus erat quintus nonæ Octaëteridis Harpaleæ vertentis, qui cepit die vicesimo sexto Ianuarij anni ab Orbe condito CIↃ. CIↃ. CIↃ. IↃ. XIX. Ergo Munychion cepit die vicesimo quarto Aprilis; ac proinde Luna octaua fuit die vicesimo primo Munychionis, δεκάτῃ τελευτῶντος Μουνυχιῶνος. Annum autem Lunarem intelligi, eiusque menses, probat quod Pythodorum adhuc in Magistratu fore duos menses dicit. Magistratus autem magistratum inibant anni Lunaris Hecatombæone. Quare illi duo menses reliqui anni Lunaris sunt, vt & præcedens, quo vertente ista acciderunt. Quia autem Nouilunia tunc temporis committebantur, propter triduum illud Heckædecaëteridum singularum quod accesserat, medio mense anni Lunaris, optimè dixit Thucydides, quando docet Lunam circa mediam noctem occidere, aut paullo post, καὶ γὰρ τελευτῶντος τοῦ μηνὸς τὰ γιγνόμενα ἦν. Hoc enim omnino verum est. Septima namque Luna cadit, vt plurimum in δεκάτην τελευτῶντος μηνὸς, nisi quis existimet Munychionem intelligi anni æqua-

bilis: nam annus eſt viceſimus quintus noſtræ Periodi, cuius Hecatombæon cæpit die ſecundo Iulij anni cIↃ. cIↃ. cIↃ. IↃ. XVIII. Munychion cepit die viceſimo nono Martij anni cIↃ. cIↃ. cIↃ. IↃ. XIX. Nouilunium fuit die ſeptimo Aprilis: Munychionis dies viceſimus primus in decimum octauum Aprilis, Luna duodecima, cadit.

Capvt XIII.

Antiquiores, quæ quidem, puto, extent, memoriæ modi anni Laconici comparandi cum anno Attico, non ſunt priores bello Peloponneſiaco. Coniecturam autem facere licet ex anni Attici comparatione, quænam fuerit Lacedæmoniorum Periodus, nempe Octaëteris Cleoſtrateæ ſimilis, quæ cepit anno primo Olympiadis ſexageſimæ octauæ vertente, die nono Ianuarij anni ab Orbe condito termilleſimi quadringenteſimi quadrageſimi tertij, quo die commiſſum eſt Nouilunium.

Anni.	Dies.	Feriæ.	Horæ.	I.	II.	☉.	☽.
3442.							
3420.							
22.	89.	1.	14.	23.	38.	2.	7.
3420.	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	78.	2.	15.	18.	3[illegible].	6.	
	295.	1.	7.	20.	31.		
	373.	3.	22.	39.	27.		
	365.						
	8.						

Nono igitur Ianuarij die cepit Octaeteris Lacedæmoniorum.

OCTAETERIS. LACONICA.

ANNI	DIES. A. QVO. INCIPIVNT.	
I. Embol.	IX.	Ianuarij.
II.	XXVIII.	Ianuarij.
III.	XVII.	Ianuarij.
IV. Embol.	V.	Ianuarij.
V.	XXIV.	Ianuarij.
VI.	XIII.	Ianuarij.
VII. Embol.	II.	Ianuarij.
VIII.	XX.	Ianuarij.

Exemplo Octaëteridem adstruamus. Narrat Thucydides Historia V. Athenienses & Lacedæmonios pacem fecisse in annos quinquaginta, Alcæo Athenis Prætore, hoc est, anno tertio Olympiadis octagesimæ nonæ vertente, qui erat ab Orbe condito termillesimus quingentesimus vicesimus nonus, Cyclo Solis IX, Lunæ XVIII, literâ Dominicali D C. comparat autem Elaphebolionis, ἕκτην φθίνοντος, & Artemisij τετράδα φθίνοντος. Verba Thucydidis sunt: ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν Ἔφορος Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος· ἐν δὲ Ἀθήναις, Ἄρχων Ἀλκαῖος, Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος. Vsurpabatur adhuc apud Athenienses Octaëteris Harpali: erat igitur annus illius septimus, cuius Gamelion cepit die tertio Februarij anni cIↃ cIↃ cIↃ IↃ xxix. adde

duorum mensium modum, & dies vigintiquatuor mensis Elaphebolionis, quia enim Elaphebolion cauus est, quæ πολιτικῶς numeratur ἕκτη φθίνοντος, reuera est ἑβδόμη φθίνοντος. Idem annus erat quoque septimus Octaëteridis Laconicæ, cuius primus mensis cepit secundo die Ianuarij anni cIↃcIↃcIↃIↃxxix. adde mensium trium modulum, quorum duo sunt caui, & dies viginti septem Artemisij, qui quartus est: cadit igitur dies vicesimus septimus Artemisij in vicesimum quartum Elaphebolionis, vterque vero in diem vicesimum quintum Aprilis Iuliani anni cIↃcIↃ cIↃ IↃxxix. Rursum anno primo Olympiadis octagesimæ nonæ vertente, Isarcho Archonte, induciæ factæ sunt in annum à Lacedæmoniis & Atheniensibus, nouo vere anni ab Orbe condito ter millesimi quingentesimi vicesimi septimi. Thucydides Lib. IV. ἔδοξε τῷ δήμῳ, Ἀκάμαντις ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει. Λάχης εἶπε· τύχῃ ἀγαθῇ τῇ Ἀθηναίων, ποιεῖσθαι τὴν ἐκεχειρίαν, καθὰ ξυγχωροῦσι Λακεδαιμόνιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν· καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν ἐπ' ἐνιαυτόν. ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. Sequitur paulò post: ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὡμολόγησαν, καὶ οἱ ξύμμαχοι Ἀθηναίοις, καὶ τοῖς ξυμμάχοις, μηνὸς ἐν Λακεδαίμονι Γεραστίου δωδεκάτῃ. Existimant viri præstantissimi diem quartumdecimum Elaphebolionis cadere in diem duodecimum Gerastij mensis: sed longè falluntur, meo iudicio: Nam fœdera sancita sunt duodecimo die Gerastij mensis: postea (intercedit autem omnino aliquot

dierum interuallum.) rata ab Atheniensibus habita sunt die, πολιτικῶς quartodecimo, reuera tertiodecimo Elaphebolionis. Annus erat quintus Octaëteridis Laconicæ, cuius primus mensis cepit die vicesimo quarto Ianuarij anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ XXVII. adde modum duorum mensium, & tertij, qui Gerastius dicebatur, dies vndecim, mensis enim est cauus; dies vndecimus cadit in tertium Aprilis. Idem annus erat quoque quintus Octaëteridis Harpaleæ, cuius Gamelion cepit die vicesimo sexto Ianuarij anni cIↄ cIↄ cIc Iↄ XXVII. Ergo dies tertius decimus Elaphebolionis in septimum Aprilis cadit.

CAPVT XIV.

NON liquido constat, quænam fuerit Macedonum Periodus, quia veterum Scriptorum loca rem obscurare potius quàm illustrare videntur. Nam in Philippi Regis Epistola apud Demosthenem ἐν τῷ περὶ στεφάνου, Lous cum Boedromione comparatur. At Plutarchus in Alexandro eundem Loum respondere putat Hecatombæoni, cui accedit Galenus, qui æquinoctium autumnale committi putat ineunte mense Dio. Epiphanius verò, Euagrius, Suidas, alijque, præsertim Christiani Scriptores, Loum eundem faciunt cum Augusto: Apud Plutarchum in Arato, Dæsius respondet Anthesterioni: Iosepho Lib. XIV. Panemus est Munychion. Nostrum non est aliorum sententias hic ambitiosè referre; abundè satis supérque erit, si coniecturas nostras cum studiosis

diosis adolescentibus communicemus sine vlla cuiusquam contumelia: quod breuiter à nobis fiet, si Deus dederit. Octaeteridem primus Græcis instituit Tenedius Cleostratus, cuius primus annus cepit die octauo Ianuarij anni ab Orbe condito termillesimi quadringētesimi tricesimi quinti, vt iam ante à nobis est demonstratum. Hanc Octaeteridem admisisse nobis videntur Macedones, ita vt etiam Philippi æuo vsurparint, quod ex eius Epistola constabit. Sed caput illius est inuestigandum. E Syromacedonum Periodo, qui à Macedonibus acceperunt, omnino constat epocham & caput anni statui ab æquinoctio autumnali, cuius sedes erat dies septimus Octobris. Quare existimamus primum annum Octaeteridis Macedonicæ cepisse die septimo Octobris anni ab Orbe condito termillesimi quadringentesimi tricesimi septimi, quo die Nouilunium commissum est:

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3437.							
3420.							
17.	84.	4.	16.	52.	23.	25.	2.
3420.	10.	5.	23.	4.	42.	24.	
	73.	5.	17.	47.	41.	1.	
	206.	3.	17.	8.	22.		
	280.	2.	10.	56.	3.		

Cepit igitur primus Hyperberetæus Octaeteridis Macedonicæ die septimo Octobris, anni cIↃ cIↃ

cIↃ. CCCCXXXVII. Differt autem hæc Octaeteris à Cleoſtratea in emboliſmi ſitu, quod omnino euincit exemplum ex Epiſtola Philippi petitum. En illius diagramma.

OCTAETERIS. MACEDONICA.

ANNI.		DIES. A. QVO. INCIPIVNT.
I.	Embol.	280.
II.		299.
III.	Embol.	288.
IV.		307.
V.	Embol.	295.
VI.		314.
VII.		303.
VIII.		292.

Confirmanda iam venit noſtra hæc Octaeteris nobili exemplo deſumpto ex Epiſtola Philippi Macedonum Regis, quæ legitur apud Demoſthenem ἐν τῷ περὶ στεφάνου. Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος, Πελοποννησίων τῶν ἐν τῇ συμμαχίᾳ τοῖς Δημιουργοῖς καὶ τοῖς συνέδροις καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις πᾶσι, χαίρειν. ἐπεὶ Λοκροὶ οἱ καλούμενοι Ὀζόλαι, κατοικοῦντες ἐν Ἀμφίσσῃ, πλημμελοῦσιν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Δελφοῖς, καὶ τὴν ἱερὰν χώραν ἐρχόμενοι, μεθ' ὅπλων λεηλατοῦσι, βούλομαι τῷ θεῷ μεθ' ὑμῶν βοηθεῖν, καὶ ἀμύνασθαι τοὺς παραβαίνοντάς τι τῶν ἐν ἀνθρώποις εὐσεβῶν. ὥστε συναντᾶτε μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Φωκίδα, ἔχοντες ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν τετταράκοντα, τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Λῴου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν· ὡς

δὲ Ἀθηναῖοι, Βοηδρομιῶνος· ὡς δὲ Κορίνθιοι, Πανέμου. ταῖς δὲ μὴ συναντήσασι, πολυδημεὶ χρησόμεθα τοῖς γὰρ συμβούλοις ἡμῖν μὴ χειμθέοις, ἐπιζημίοις. Sed antequam ea, quæ Chronologiam ſpectant, expendamus, corrigenda ſunt iſta poſtrema verba, quæ eruditiſſimo Volſio negotium exhibuerunt. Lego igitur & interpungo ad hunc modum· τοῖς γὰρ μὴ συναντήσασι πολυδημεὶ, χρησόμεθα τοῖσδε συμβούλοις, ἡμῶν μὴ χειμθέοις, ἐπιζημίοις. id eſt: *Quod ſi qua ciuitas militiam detrectet, Senatoribus eius, profectò non ordinariam, mulctam indicam.* Sed ad rem. Conſtat è Diodoro Siculo Libro XVI, bellum hoc geſtum eſſe anno ab Orbe condito termilleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, litera Dominicali E, Cyclo Solis XIX, Lunæ VIII, cùm Calliſtratus Archon Athenis Faſtos ſignaret, Olympiadis centeſimæ ſextæ anno altero. Erat annus ſecundus Enneadecaëteridis Metonicæ, cuius Hecatombæon cepit die quinto Iulij anni cIɔ. cIɔ. cIɔ. Iɔ. xcv. Quare Neomenia Boëdromionis fuit die ſecundo Septembris. Erat quoque annus ſextus vertens Octaëteridis Macedonicæ, cuius Hyperberetæus cepit die decimonono Nouembris anni cIɔ. cIɔ. cIɔ. Iɔxciv. Loï Neomenia cadit in diem primũ Septembris anni cIɔ. cIɔ. cIɔ. Iɔ. xcv. Quare verè dictum eſt à Philippo Loum ſuorum Macedonũ paria facere cum Boëdromione Athenienſium. Addamus aliud exẽplum: Cõtrouertitur nõ annus quidem obitus Alexandri Magni, ſed anni tempeſtas: Aſſerunt enim omnes denatum fuiſſe anno primo centeſimæ quartædecimæ Olympiadis, Hegeſia Athenis Præ-

tore. Sed alij ineuntem annum fuiſſe ſcribunt. Euſebius Lib. VIII. Demonſt. Euang. ἐν ἀρχῇ τῆς ριδ. Ολυμπιάδος. Alij vero ſcribunt vixiſſe annos triginta duos, menſes octo; quare affecto anno primo Olympiadis centeſimæ quartædecimæ periiſſe volunt, verno tempore; in his ſunt Arrianus Lib. VIII. & Diodorus Siculus Lib. XVII. cum his facere exiſtimantur Ariſtobulus & Plutarchus, quorum ille die triceſimo menſis Dæſij ſupremum obijſſe teſtatur. Αριστόβουλος δ᾽ φησὶν αὐτὸν πυρέττοντα μανικῶς, διψήσαντα δὲ σφόδρα, πιεῖν οἶνον. ἐκ τούτου δὲ φρενιτιάσαι, καὶ τελευτῆσαι τριακάδι Δαισίου μηνός. Hic vero ex Ephemeridibus Alexandri eius mortualem diem confert in viceſimum octauum eiuſdem menſis Dæſij: ὀγδόῃ ἐπὶ δεκάτῃ Δαισίου μηνὸς ἐκάθευδεν ἐν τῷ λουτρῶνι, διὰ τὸ πυρέξαι. τῇ δὲ τρίτῃ φθίνοντος πρὸς δείλην ἀπέθανεν. Dæſius autem vernus eſt menſis, inquiunt. Atqui primus Thoth Philippi, qui ab exceſſu Alexandri Magni numeratur, cepit die duodecimo Nouembris anni ab Orbe condito termilleſimi ſexcenteſimi viceſimi ſexti, Cyclo Solis XXII, litera Dominicali A. Nam Thoth Philippi ſiue ab exceſſu Alexandri Magni quingenteſimus ſexageſimus ſecundus cepit anno Chriſti Dionyſiano ducenteſimo triceſimo octauo, quo libellum ſuum ſcribebat Cenſorinus, vt ipſe teſtatur, ante diem ſeptimum Kalendas Iulias. Vnde ſequitur primum Toth cepiſſe die duodecimo Nouembris anni cIↃ. cIↃ. cIↃ. cIↃcxxvi. Quomodo autē iſta cōueniant cum Alexandri diario, iam eſt videndum. Nondum vſurpabatur Calippi Periodus, cùm ſuum obiit

diem Alexander, quanquam ſex retro ab hinc annis cepiſſet, ſed Octaëteris Macedonica, cuius annus quintus vertebat, qui cepit die viceſimo primo Octobris anni termilleſimi ſexcenteſimi viceſimi quinti. Erat annus embolimæus, quare addendus eſt modus menſium nouem: Vnde fiet, vt Dæſius ceperit die quartodecimo Iulij anni termilleſimi ſexcenteſimi viceſimiſexti. Dies verò viceſimus octauus Dæſij, quo è vita exceſſit Alexander Magnus, cadit in diem decimum Auguſti, cùm iam iniiſſet annus primus Olympiadis centeſimæ quartædecimæ, & Hegeſias Athenis Prætor eſſet. Nam annus inibat quartus decimus Enneadecaëteridis Metonicæ, quæ tunc apud Athenienſes vſurpabatur, cuius Hecatombæon cepit die viceſimo ſecundo Iulij, feriâ ſeptimâ, anni cIↃ. cIↃ. cIↃ. IↃ c x x v i. Neque alius Octaeteridis Macedonicæ Dæſius vertit hoc anno primo Olympiadis centeſimæ quartædecimæ præter hunc, cuius Neomeniam incidiſſe diximus in diem quartumdecimum Iulij anni cIↃ. cIↃ. cIↃ. IↃc xxvi. Olympiade CXIV. ineunte: alter enim ab illo Dæſius incidit in annum ſecundum Olympiadis CXIV. Archonte Athenis Cephiſodoro. Triceſimum tertium igitur annum vix delibarat Alexander Magnus, cùm eſt ereptus, idque ἐν ἀρχῇ τῆς ριδ. Ολυμπιάδος, vt obſeruauit Euſebius. Quod verò Arrianus menſes octo, Diodorus ſeptem ſupra triceſimum ſecundum annum vixiſſe volunt, factum eſt, meo iudicio, quia cum anno primo Olympiadis CXIV. obiiſſe illis conſtaret, menſem Dæſium non ex Octaeteride Mace-

donica, ſed Periodo Calippica Syromacedonum petendum duxerunt: atque ita nonniſi in veris tempeſtatem cadit.

Maximè autem hanc noſtram Octaeteridem aſſeret innouata à Calippo hæc Octaeteris in Alexandri gratiam. Anno tertio Olympiadis centeſimæ duodecimæ, ſiue anno ab Orbe condito termilleſimo ſexcenteſimo viceſimo, literâ Dominicali B. Solis Cyclo XVI. Lunæ XIV. cepit primus annus Periodi Calippicæ, cuius Hyperberetæus cepit die viceſimo quarto Septembris anni cIↄ. cIↄ. cIↄ. Iↄcxx. Cepit quoque annus octauus Octaeteridis Macedonicæ die decimonono Octobris eiuſdem anni cIↄ. cIↄ. cIↄ. Iↄcxx Verum propter triduum, quod ſingulis Heckædecaeteridibus accedit de rationibus Lunæ, cùm elapſæ ſint decem Heckædecaeterides, menſem demi voluit Calippus, vt fieri amat in his, & Gemino obſeruatum eſt. Quare cepiſſet Hyperberetæus Octaeteridis Macedonicæ die decimo nono Septembris eiuſdem anni cIↄ. cIↄ. cIↄ. Iↄcxx. Attamen quia ſingulis Heckædecaeteridibus, vt diximus, πρὸς τὸν τῆς Σελήνης δρόμον τρεῖς ἐπάγονται ἡμέραι, præterea triduum imputandum eſt vni, quæ eſt elapſa, Heckædecaeteridi: acceſſit quoque biduũ propter alteram quæ vertit: Vnde conſtabit Hyperberetæum Macedonicum è Calippi emendatione cepiſſe viceſimo quarto Septembris die. Vnde ad Syromacedonas manauit hæc Periodus.

Atque ex his attolletur fortè lux aliqua iis, quæ adferuntur è Galeno, cuius hæc ſunt verba è Com-

mentario I. εἰς τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν. Hippocratis: οἷον, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐὰν προμάθῃ τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς καὶ φθινοπώρου γίνεσθαι ἰσημερίαν, οἴσεται τὴν μὲν χειμερινὴν τροπὴν, ὡς μετὰ τρεῖς μῆνας ἐσομένην ἐν ἀρχῇ τοῦ κατ᾽ αὐτοὺς Περιτίου μηνός· τοῦτο γὰρ σημαίνει κατὰ Μακεδόνας. τὴν δὲ ἐαρινὴν ἰσημερίαν Ἀρτεμισίου, καθάπερ γε καὶ τὴν θερινὴν τοῦ Λῴου. κατὰ γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν εἰρημένων μηνῶν αἵ τ᾽ ἰσημερίαι, καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται κατὰ Μακεδόνας. Neque hæc ſunt referenda ad anni Lunaris modum, vt liquet ex ipſo Galeno, qui vbi egit de anno Lunari Palæſtinorum, & aliarum gentium, hæc addit: διόπερ, ὡς ἔφην, οὕτως ἐπὶ τούτων ἀριθμούντων τοὺς μῆνας, οὐκ ἔστιν ὁρίσαι τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς ἰσημερίαι τε καὶ τροπαὶ, καὶ τῶν ἐμφανῶν ἄστρων αἱ ἐπιτολαὶ γίνονται. κατὰ δὲ τοὺς πρὸς ἥλιον ἄγοντας, ὁρίσαι δυνατὸν, ὥσπερ ἔφην, ὑπό τε Ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων, Ἀσιανῶν τε τῶν ἡμετέρων, καὶ πολλῶν ἄλλων ἐθνῶν. Ergo quod prædixit Galenus de commiſſis æquinoctiis atque ſolſtitiis, ineuntibus Dio, Peritio, Artemiſio, Looque menſibus, intelligendum eſt de menſibus anni Solaris. Et certè annus hic Solaris, cuius meminit Galenus anteuertit primum annum Macedonicum emendationis Calippicæ menſe vno: Nam cepit primus Hyperberetæus Macedonicus Calippi die viceſimo quarto Septembris, in eoque fixus eſt annus Iulianus: Cum Galeno pariat Epiphanius Hæreſi LI. comparat enim octauum Nouembris diem cum die ſextodecimo menſis Apellæi Macedonum: πρὸ ἓξ Εἰδῶν Νοεμβρίων, κατὰ Μακεδόνας Ἀπελλαίου ιϛ΄. Quare cepit Apellæus die viceſimo quarto Octobris, ac proinde Dius viceſimo quarto

Septembris. Sed en Diagramma, in quo habes quoto Iuliani mensis die menses Macedonum ceperint.

ANNVS MACEDONVM IVLIANVS.

MENSES MACED.	DIES IN QVIBVS INCIPIVNT.
Hyperberetæus.	XXV. Augusti.
Dius.	XXIV. Septembris.
Apellæus.	XXIV. Octobris.
Audynæus.	XXIII. Nouembris.
Peritius.	XXIII. Decembris.
Dystrus.	XXII. Ianuarij.
Xanthicus.	XXI. Februarij
Artemisius.	XXIII. Martij.
Dæsius.	XXII. Aprilis.
Panemus.	XXII. Maij.
Lous.	XXI. Iunij.
Gorpiæus.	XXI. Iulij.

Επαγόμεναι quinque.

Quare verè dixit Galenus æquinoctium autumni κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς γίνεσθαι. itémque alterum æquinoctium & solstitia, κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν Ἀρτεμισίου τε, καὶ Λώου, καὶ Περιτίου μηνῶν. Nam certè æquinoctiorum & solstitiorum, quæ ex emendatione Diui Iulij obseruabantur, sedes politicæ cadunt in ineuntes hos menses, vt è Diagrammate videre est. Sed cum admiserunt Iulianam formam Macedones, & è Lunari illorum anno factus est Solaris, nulli dubi-

tamus eum annum Periodi Calippicæ, embolimæum fuiſſe, ſed ex embolimæo ſimplicem fecerunt, quemadmodum antea à Calippo vnius menſis Octaëteridis Macedonicæ ὑφαιρέσει noua Periodus inſtituta fuerat.

Capvt XV.

Adversvs Periodum Syromacedonum diſputat nuperus ſcriptor Librorum de Doctrina Temporum; verùm illa multis exemplis à nobis adſtruetur. Vtitur Ioſephus in Libris ἀλώσεως menſibus Syromacedonum, idque ex Periodo aliqua, quæ non alia eſt præter eam, quam *Alexandream* appellat Illuſtris Heros, qui tamen non eſt audiendus, cùm ſcribit in his Ioſephi Libris menſium quidem appellationem eſſe Macedonicam, menſes vero Romanos Iulianos: multo minus aſſenſum meretur nuperus ſcriptor, qui aſſerit Xanthicum eſſe Niſan Iudaïcum, quemadmodum Ioſepho familiare eſt, cuius hæc ſunt verba Lib. I. Orig. cap. X. τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ· ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ Σελήνην. Verum Ioſephus ita loquitur, non quod Niſan idem ſit qui Xanthicus, & eodem die in menſe Iuliano vterque incipiat, eodem deſinat, quod tamen aliquando poteſt accidere, ſed quia ſemper Niſan Iudaïcus vertit cum Xanthico Syromacedonum, quanquam non eodem tramite, quod ex ijs, quæ iam ſumus dicturi, patebit.

Narrat Ioſephus, prodigium accidiſſe Hieroſoly-

mis circa Paſchatis feſtum, Lib. VII. ἁλώσ. cap. XII. τοῦτο δὲ ἐγίνετο πρὸ τῆς ἀποστάσεως καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον κινήματος, ἀθροιζομένου τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν, ὀγδόῃ δ' ἦν Ξανθικοῦ μηνὸς, κατὰ νύκτα. Hinc colligebat Vir magnus quartamdecimam Niſan incidiſſe eo anno in diem octauum Xanthici, ſiue Aprilis Iuliani. Sed dies, de quo hic agitur, non eſt quartus decimus Niſan, neque id dicit Ioſephus, verùm diem, quo prodigium illud contigit, fuiſſe octauum Xanthici ſcribit, cùm ad ſolenne Paſchatis vndique Hieroſolyma conuenirent Iudæi, quod etiam obſeruauit nuperus ſcriptor: nam aliquot ante ſolenne diebus in vrbem ſacram conueniebant, vt conſtat ex hiſtoria Euangelica. Adde quod dies feſtus, quem incidiſſe vult ὁ μακαρίτης, in diem octauum Xanthici ſiue Aprilis Iuliani, non eſt quartus decimus Niſan, ſed potiùs quintus decimus: dies enim eſt *Azymorum*. Atqui dies quintus decimus Niſan appellatur dies *Azymorum*, vt quartus decimus *Paſcha*. Ioſephus Lib. Orig. III. τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὴν θυσίαν Πάσχα λεγομένην δι' ἔτους ἑκάστου θύειν ἐνόμισε. πέμπτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ διαδέχεται τὴν τοῦ Πάσχα ἡ τῶν Ἀζύμων ἑορτή. Quare dies *Azymorum* non cadit in octauum diem Aprilis, ſed nonum. Erat enim annus Chriſti Dionyſianus ſexageſimus quintus, ſiue quatermilleſimus quartus decimus ab Orbe condito, Cyclo Solis XVIII. literâ Dominicali F. idémque erat annus ſecundus poſterioris noſtræ Periodi, cuius Neomenia Niſan cepit die viceſimo ſexto Martij; dies *Azymo-*

rum ſiue quintus decimus Niſan fuit nono Aprilis die, feriâ tertiâ. At verò portentum illud, de quo Ioſephus, oblatum eſt die octauo menſis Niſan, qui hoc anno eodem tramite decurrit cum Xanthico Syromacedonum. Cepit enim die quoque viceſimo ſexto Martij: nam Hyperberetæus cepit Kalendis Septembris, feriâ ſeptimâ, anni quatermilleſimi tertij decimi, Cyclo Solis XVII. literâ Dominicali A G.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	☉	☽
4013.				
3941.				
72.	244.	5.	21.	8.
3941.		2.	24.	
	244.	7.	17.	8.

Adde menſium ſeptem (interkalatur enim inter Hyperberetæum & Xanthicum.) modulum, cepit Xanthicus die viceſimo ſexto Martij, feriâ tertiâ, anni cIↃ cIↃ cIↃ cIↃ XIV. Ergo die octauo Xanthici, qui octauus quoque fuit menſis Niſan, id eſt, Aprilis ſecundo, prodigium illud contigit ſeptem ante *Azymorum* ſolenne diebus.

Scribit Ioſephus, die ſeptimo Gorpiæi, Sabbato, Romanorum cohortem cęſam fuiſſe: verba eius ſunt ἅλωσ. Lib. II. ταῦτα μὲν οὖν ἕκτῃ Γορπιαίου μηνὸς ἐπεράχθη. κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ὅ, τε ἀρχιερεὺς Ἀνανίας περὶ τὸν τῆς βασιλικῆς αὐλῆς εὔειπον διαλανθάνων ἁλίσκεται. & paullo poſt: καὶ γὰρ δὴ Σαββάτῳ συνέβη πραχθῆναι τὸν φόνον, ἐν ᾧ διὰ τὴν θρησκείαν τῶν ὁσίων ἔργων ἔχου-

σιν ἐκεχειρίαν. Atque hinc colligebat Vir Illuſtris annum eſſe Neronis vndecimum deſinentem, Cyclo Solis decimo octauo, litera Dominicali F. Nam alioqui ſeptima Gorpiæi, id eſt, Septembris non fuiſſet Sabbatum. Sed annus erat Neronis duodecimus vertens: Ioſephus Libro laudato, καὶ προσελάμβανε τὴν ἀρχὴν ὁ πόλεμος, δωδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας, ἑπτακαιδεκάτῳ δὲ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας, Ἀρτεμισίου μηνός. Ne quis dubitet annum Neronis duodecimum vertere, comparatur cum anno decimoſeptimo Agrippæ: Atqui annus Agrippæ viceſimus primus eſt annus excidij Hieroſolymitani: Nummi Veſpaſiani: ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ. ΙΟΥΔΑΙΑϹ. ΕΑΛΩΚΥΙΑϹ. ΕΤΕΙ. ΚΑ. ΑΓΡΙΠΠ. Annus autem excidij Hieroſolymitani eſt annus ſecundus Veſpaſiani, qui paullo ante excidium inierat: Quare annus decimus ſeptimus Agrippæ incidit in duodecimũ Neronis annum. Qui annus duodecimus Neronis eſt Chriſti Dionyſianus ſexageſimus ſextus, ſiue quatermilleſimus quintusdecimus ab Orbe condito, Cyclo Solis XIX, litera Dominicali E. Hyperberetæus ceperat die viceſimo Septembris, feria ſexta, anni ab Orbe condito quatermilleſimi quarti decimi.

Anni.	Dies.	Feriæ.	☉.	☽.
4014.				
4941.				
73.	263.	4.	22.	9.
4941.		2.	24.	
	263.	6.	18.	9.

Adde menſes vndecim, cepit igitur Gorpiæus die vndecimo Auguſti, feria ſecũda, anni cIↄ.cIↄ.cIↄ.cIↄ.xv. Cauus autem eſt hic menſis: Quare qui dies ſeptimus illius eſt politicè, ſextus tantum eſt reuera. Fuit igitur dies ſextus Gorpiæi, qui politicè numerabatur ſeptimus, die ſextodecimo Auguſti, Sabbato, anni cIↄ. cIↄ. cIↄ. cIↄ. xv. Eiuſdem anni æræ Orbis conditi sũt, quæ à Ioſepho referuntur eodem Libro vnde colligebat V. C. Sethus Caluiſius dilatum fuiſſe ſolenne Scenopegiæ in menſem Marcheſvvan, quando differebatur Paſcha in menſem Ijar: ſed quam fruſtra ſit, iam videbimus Deo dante. Poſtquam res Iudæorum Deo viſum eſt euertere, Iudæi turbas dederunt ineunte menſe Tiſri, vt conſtat è Ioſepho: Itaque Ceſtius in Iudæos mouet elapſis aliquot diebus, Lyddam aggreditur, &, inquit Ioſephus: κενὴν ἀνδρῶν τὴν πόλιν καταλαμβάνει, διὰ γὰρ τὴν τῆς σκηνοπηγίας ἑορτὴν, ἀναβεβήκει πᾶν τὸ πλῆθος εἰς Ἱεροσόλυμα. Scribit idem in ſequentibus intra huius ſolennitatis tempus Iudæos prælium cum Romanis commiſiſſe Sabbato: οἱ δὲ Ἰουδαῖοι κατιδόντες ἤδη πλησιάζοντα τῇ μητροπόλει τὸν πόλεμον, ἀφέμενοι τῆς ἑορτῆς ἐχώρουν ἐπὶ τὰ ὅπλα, καὶ μέγα τῷ πλήθει θαρροῦντες, ἄτακτοι καὶ μετὰ κραυγῆς ἐξεπήδων ἐπὶ τὴν μάχην, μηδὲ τῆς ἀργῆς ἑβδομάδος ἔννοιαν λαβόντες· ἦν γὰρ δὴ τὸ μάλιστα παρ' αὐτοῖς θρησκευόμενον Σάββατον. En habes Sabbatum intra tempus feſti Scenopegiæ, quod nullum aliud eſt præter illud, quo ſuum in Synagogis abſoluebant Lectionarium, ideoque illud ſumma veneratione colebant: Inciditque hoc anno in diem viceſimum ſeptimum Septembris: Cepit

enim Neomenia Nisan huius anni die quintodecimo Martii; vnde si numeres, omnino cadet Neomenia Tisri in diem octauum Septembris, vicesimus verò dies Tisri, qui est intra dies festiuitatis Scenopegiæ, cadit in diem vicesimum septimum Septembris feria septima. Vicesimo igitur mensis Tisri die, qui erat vicesimus septimus Septembris, Sabbato, pugnatum est à Iudæis aduersus Romanos, qui eo ipso die Bethora venerunt. Triduo illic castra habuit Cestius, μένοντος δὲ τοῦ Κεστίου κατὰ χώραν τρισὶν ἡμέραις. Interea loci & temporis Rex Agrippa ad amicitiam & fœdus per legatos inuitat, sed hilum non proficit, nisi quod scinditur studia in contraria vulgus, & coorta seditione in vrbem coguntur. Cestius verò copias suas Hierosolyma versus ducit, & castra ponit ad Scopum: Κέστιος δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ταραχὴν εὔκαιρον ἰδὼν εἰς ἐπίθεσιν, ἅπασαν ἐπῆγε τὴν δύναμιν, καὶ τραπέντες μέχρι Ἱεροσολύμων κατεδίωξεν, στρατοπεδευσάμενος δὲ ἐπὶ τοῦ καλουμένου Σκοποῦ, διέχει δὲ οὗτος ἑπτὰ τῆς πόλεως σταδίους. Atque hæc sunt aliquot dierum gesta, quatridui scilicet. Postea toto triduo in castris sedet Cestius, nec quicquam aduersus Iudæos molitur: τρισὶ μὲν ἡμέραις οὐκ ἐπεχείρει τῇ πόλει. Quarto demum die copias in vrbem eduxit: τῇ τετάρτῃ δὲ, ἥτις ἦν τριακὰς Ὑπερβερεταίου μηνὸς, διατάξας τὴν στρατιὰν εἰσήγαγεν εἰς τὴν πόλιν. Quartus hic dies vltimus est Hyperberetæi mensis, qui cepit hoc anno die nono Septembris, feria tertia.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	☉.	☽.
4015.				
3941.				
74.	252.	1.	23.	10.
3941.		2.	24.	
	252.	3.	19.	10.

Ergo dies tricesimus Hyperberetæi cadit in diem octauum Octobris, qui erat Neomenia Marchesvvã. Sed aduersus ista obiicietur videri corruptum esse numerum dierum mensis Hyperberetæi: nam Iosephus narrat ibidem Cestium desperata temerè Hierosolymorum expugnatione, post aliquot dies ἀπὸ τῆς τριακάδος Ὑπερβερεταίου μηνὸς, abiisse, Iudæosque insecutos fuisse, multis Romanorum cæsis, ad Antipatridem vsque: inde Iudæos rediisse in vrbem, diémque, quo Hierosolyma sunt ingressi triumphabundi, καὶ μετὰ παιάνων, incidisse in diem octauum mensis Dij: ταῦτα μὲν οὖν ἐπεπράχθη Δίου μηνὸς ὀγδόῃ. Atqui numerus hic non constabit: nam τῇ τριακάδι Ὑπερβερεταίου μηνὸς, ἀντικρὺ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐστρατοπεδεύετο. die tricesimo Hyperberetæi ad aulam regiam castra posuit Quinque diebus vrbem oppugnarunt Romani, irrito tamen conatu: πέντε μὲν οὖν ἡμέραις πανταχόθεν ἐπιχειροῦσι τοῖς Ῥωμαίοις, ἀμήχανος ἦν ἡ προσβολή. Sexto die, qui sextus quoque erat Dij, abiit Cestius Scopon: τῇ ἐπιούσῃ δὲ ἐν τῷ κατὰ τὸν Σκοπὸν στρατοπέδῳ αὐλίζεται Κέστιος Die sequenti profectus castra habuit ad Gabao: τῇ δὲ ἐπιούσῃ προσωτέρω χωριζόμενος,

εἰς Γαβαὼ κατηντήσαν ἐπὶ τὸ πρότερον στρατόπεδον. Biduo illic commoratur Ceſtius, tertio die Bethora verſus copias ſuas eduxit: ἔνθα δύο μὲν ἡμέρας ἐπέμεινεν ὁ Κέστιος, τῇ τρίτῃ δὲ προῆγε τὴν δύναμιν ἐπὶ Βαιθώρας. Die ſequenti Bethoris fugit Ceſtius, quem Iudæi inſecuti ſunt Antipatridem vſque: Ex his vides plures dies conſumptos fuiſſe in inſequendo Ceſtio, quàm numerantur à triceſimo Hyperberetæi die ad octauũ Dij. & tamen ſcribit Ioſephus Hieroſolyma rediiſſe ouantes ὀγδόῃ Δίου μηνός. Quid igitur fiet illis diebus, qui exacti ſunt à Iudæis in fugando Ceſtio? quid illis item qui in reditu ſunt cõſumpti? Ego verò iſthuc ibam. Suſpicamur itaque à Syromacedonibus fuiſſe interkalatum inter Hyperberetæum menſem & Dium: quare menſis interkalaris elapſus eſt, dum fugit Ceſtius, inſtant Iudæi, & in vrbem ſacram redeunt: erat enim hic annus embolimęus: atque hanc ſuſpicionem noſtram de ſede embolimi menſis alio in ſequentibus, Deo dante, exemplo ibimus confirmatum: iam verò, quia in his ſumus, expendamus ea, quæ ab Incomparabili viro de menſe embolimo Syromacedonum dicuntur: Putat enim hunc menſem Διόσκουρον appellari II. Maccab. XI. Sed menſis hic non eſt inter Macedonicos, nec quiſquam alius eius meminit. Adde quod apud auctorem Maccabaïci variant Libri: nam in Epiſtola Lyſiæ ad Iudæos ita etiam legitur: ἔῤῥωσθε. ἔτους ρμη΄. Διοσκορινθίου εἰκοστῇ τετάρτῃ. Quod vt intelligatur, primo eſt obſeruandũ Illuſtrem Heroëm πρότερον, cùm ſcribit Lyſiam præfectum Syriæ II. Maccab. XI. Iudæis reſcripſiſſe

anno

anno Græcorum CXLVIII, ſe deſideria eorum à Rege impetraturum: Nam reſcribit potius Lyſias, ſe Iudæorum deſideria à Rege impetraſſe: verba Epiſtolij illius hæc ſunt: ὅσα μὲν οὖν ἔδει τῷ βασιλεῖ προσενεχθῆναι διεσάφησα. ἃ δὲ ἦν ἐνδεχόμενα, συνεχώρησεν. eáque ſunt quæ habentur in Reſcripto Regis Antiochi ad Lyſiam, & in altero ad Iudæos. Scripta igitur eſt hæc Lyſiæ ad Iudæos Epiſtola poſt alteram illam ad eoſdem ab Antiocho Rege datam: Quare non ante Xanthicum menſem; ſiquidem eodem ambæ anno centeſimo quadrageſimo octauo, qui ab Hyperberetæo cepit ſiue Tiſri Iudaïco, ſcriptæ ſunt, vt ſunt. Vnde corruit tota illa viri magni diuinatio de *Dioſcuro* menſe interkalari inter autumnum & Xanthicum. Scripſerat Lyſias ad Antiochum, quibus condicionibus ſecum Iudæi paciſci vellent: Reſcribit cùm Lyſiæ, tum Iudæis, Antiochus, ſibi placere, vt pax ineatur his condicionibus: Accepto Antiochi Reſcripto, Lyſias ad Iudæos hoc dat Epiſtolium, quo ſignificat ſe à Rege impetraſſe, vt iis, quas pręſcripſerant, condicionibus pax ineatur. Data eſt Regis Antiochi ad Iudęos Epiſtola anno CXLVIII. menſis Xanthici die quintodecimo: ἔρρωσθε, ἔτους ρμη'. Ξανθικοῦ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ. Eiuſdem diei eſt, & anni Epiſtola Antiochi ad Lyſiam, quanquam non adſcribatur: Eiuſdem quoque Xanthici menſis eſſe Epiſtolam à Lyſia ad Iudæos ſcriptam mihi facilè perſuadeo: menſis tamen expreſſum nomen non eſt, ſed deſignatur tantum. Accepit enim auctor Maccabaïci è publicis monumentis. Atqui propoſi-

tum eſt publicè Antiochi Reſcriptum cùm ad Lyſiam, tum ad Iudæos, ſub Lyſiæ ipſius Edicto, quod Epiſtolâ à Lyſia ad Iudæos ſcriptâ habetur. Proponebatur igitur primum Lyſiæ Epiſtola ad Iudæos, qua edicebat ſe à Rege impetraſſe condiciones, quibus ſecum paciſci volebant Iudæi. Subijciebatur pars Epiſtolæ Regis ad Lyſiam, quæ hanc rem ſpectabat; itaque, quia tota non adſcribebatur, ſed prior eius pars tantùm, quæ erat de Iudæorum rebus, neque annus, neque dies, quo data eſt, adſcribitur, ſed vterque repetendus eſt à calce Epiſtolæ Regis ad Iudæos, quæ poſtrema denique ſubijcitur. Atque his duabus Epiſtolis continentur pacis leges cum Iudæis initæ. Quod igitur extremâ Lyſiæ ad Iudæos Epiſtolâ legitur, εἰκόστῃ τετάρτῃ, referendum eſt ad menſem, quo Antiochus ad Lyſiam reſcripſit, itemque ad Iudæos, nempe erat dies viceſimus quartus menſis Xanthici; idque omnino conſtabit, ſi reſcribatur, quomodo legendum conijciebamus: ἔῤῥωσθε. ἔτους ρμη. δὴ, ὅς χ' ὅρου θείου, εἰκοστῃ τετάρτῃ. id eſt, *anno CXLVIII. quoque, eius, qui in Reſcripto diuino, viceſimo quarto die.* Appellat Reſcriptum Antiochi Lyſias tum ad ſe, cùm ad Iudæos, ὅρον, quia eo definiuntur conditiones pacis initæ cum Iudæis: adde quod ab omni fere æuo obtinuit, vt Reſcripta Principum eſſent ὅροι, Legumque vicem obtinerent. Quod vero ὅρον θεῖον Reſcriptum ſui Principis dixit Lyſias, id ex adulatione profectum, cuius etiam in Legum Romanarum libris exempla ſuperſunt.

Anno, quo exciſa eſt Hieroſolymorum vrbs, ſo-

lenne *Azymorum* incidisse in quartumdecimum mensis Xanthici diem refert Iosephus Lib. ἁλωσ. VI. cap. IV. καὶ τῆς τῶν Ἀζύμων ἐνστάσης ἡμέρας τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς, ἐν ᾗ δοκοῦσιν Ἰουδαῖοι τὸν πρῶτον ἀπαλλαγῆναι καιρὸν Αἰγυπτίων. Putat vir summus quartamdecimum Xanthici esse quartamdecimam Aprilis, eandémque esse quoque quartamdecimam Nisan, cuius Neomenia fuit hoc anno Kalendis Aprilibus. Sed hæc Iosephi verba τῆς τῶν Ἀζύμων ἐνστάσης ἡμέρας, non possumus aliter interpretari, quam de quintadecima Nisan, quæ *Azymorum* dicebatur dies, vt è Iosepho docuimus. Illuxit igitur *Azymorum* dies, siue quintus decimus Nisan die quartodecimo Xanthici, non ergo cepit Nisan Kalendis Aprilibus, vt volebat ὁ πάνυ, neque idem est Xanthicus Iosephi cum Nisan; nam quintus decimus dies mensis Nisan est tantum quartus decimus Xanthici: Xanthicus autem hic est Lunaris Syromacedonum. Quomodo autem ista conueniant, dicendum est Deo dante. Est hic annus Christi Dionysianus septuagesimus, siue ab Orbe condito quatermillesimus decimus nonus, Cyclo Solis XXIII. literâ Dominicali G. ac proinde annus est posterioris nostræ Octaëteridis septimus, cuius Neomenia Nisan, propter ὑπέρβασιν μιᾶς ἡμέρας anni præcedentis, cepit die tricesimo primo Martij. Ergo dies quintus decimus Nisan fuit die quartodecimo Aprilis, feriâ septimâ. Idem dies erat quoque quartus decimus Xanthici Lunaris Syromacedonum: nam Hyperberetæus huius anni cepit die sexto

Septembris, feriâ quarta, anno quatermillesimo decimo octauo.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	☉.	☽.
4018.				
4017.				
1.	249	5.	6.	13.
4017.		6.	16.	
	249.	4.	22.	13.

Annus hic est embolimæus: est itaque addendus modus mensium septem: cepit igitur Xanthicus Kalendis Aprilibus, feria prima, ac proinde quartus decimus Xanthici dies est quintus decimus mensis Nisan.

Exemplis aliis eiusdem anni suspicio nostra est confirmanda. Scribit Iosephus ἁλώσ. Lib. VII. cap. IV. ἐπέπυστο γὰρ ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, Πανέμου δὲ ἦν ἑπτακαιδεκάτη, τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον, ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ἐπὶ τούτῳ δεινῶς ἀθυμεῖν. Optimè obseruat vir magnus intelligi diem decimum septimum mensis Tamuz: nam eo die cessasse iuge sacrificium adnotant, & lugent Iudæi, qui ea de causa illum diem ieiunationibus transigunt: בי׳ז בתמוז נשתברו הלוחות ונבטלה התמיד והובקעה העיר. *Die decimo septimo Tamuz franguntur Tabulæ Legis*: *Cessat* ἐνδελεχισμός: *Vrbs fissa*. & in Liturgia huius diei ita canunt: כי בו בטל התמיד התמיד יום חוסר. *Quia abolitum est ea die iuge sacrificium : iuge sacrificium hac die sublatum est* : Quod vero idem ad-

dit, mensem Panemum esse κατὰ σελήνην, verum quoque est, sed non illud item, esse Tamuz Iudaïcum: Huius anni Neomenia Nisan cepit, vt iam diximus; die tricesimo primo Martij. Ergo Neomenia Tamuz fuit dies vicesimus octauus Iunij, feria quinta; ac proinde dies decimusseptimus Tamuz fuit quartus decimus Iulij, Sabbato. Quod vero attinet ad Panemum Syromacedonum, diximus Hyperberetæum cepisse die sexto Septembris anni cIↃ. cIↃ. cIↃ. cIↃ. xviii. Adde menses decem, annus quippe est embolimæus: cepit ergo Panemus die vicesimonono Iunij, feria sexta anni cIↃ. cIↃ. cIↃ. cIↃ xix. Cauus autē est hic mensis Panemus: quare qui dies decimus septimus Panemi politicè numeratur, sextus decimus reuera tantùm est. Fuit igitur dies sextus decimus Panemi, qui politicè decimus septimus numerabatur, die quartodecimo Iulij, Sabbato, anni cIↃ. cIↃ. cIↃ. cIↃ. xix.

Sequitur alter Iosephi locus, quem miror fugisse diligentiam virorum eruditissimorum: verba Iosephi sunt Lib. ἁλώσ. VII, cap. IX. Τίτος δὲ ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Ἀντωνίαν διεγνωκὼς τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὑπὸ τὴν ἕω, μετὰ πάσης ἐμβαλεῖν τῆς δυνάμεως, καὶ τὸν ναὸν περικαταχεῖν. τοῦ δὲ ἄρα κατεψήφιστο μὲν τὸ πῦρ ὁ Θεὸς πάλαι, παρῆν δ' ἡ εἱμαρμένη χρόνων περίοδος, ἡμέρα δεκάτη Λῴου μηνός, καθ' ἣν καὶ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως ἐνεπρήσθη. Numerum dierum Loï mensis corruptum esse tam mihi certum est, quàm quod certissimum, neque id potest negari. Nam non tantum Iosephus, sed etiam Iudæi obseruant, eadem die incensum fuisse Templum, cùm prius, tum poste-

rius, à Babylonijs & Romanis, eumque diem esse nonum mensis Ab, vnde is dies solenni ieiunio est dicatus: בט באב נחרב הבית ראשונה ושניה *Die nono mensis Ab excisum est Templum prius & posterius.* Annus, quo capta sũt à Babyloniis Hierosolyma, erat ab Orbe cõdito termillesimus tercẽtesimus sexagesimus, Cyclo Solis VIII, litera Dominicali E: idemque annus est quartus prioris nostræ Octaëteridis, cuius Neomenia Nisan cepit die tricesimo Martij, feria prima. Tres huius anni menses de primis quatuor sunt pleni, quartus cauus est, quibus si addas dies illos nouem mensis Ab, fiet numerus dierum à Neomenia Nisan ad nonum diem mensis Ab, centum viginti octo, quot dierum est interuallum à tricesimo Marti; die ad quartum Augusti. Quare dies nonus mensis Ab incidit in quartum Augusti, eo anno, quo Templum incensum est à Babyloniis, feria secunda. Eodem die à Romanis quoque fuisse incensum colligitur: Nam huius anni Neomenia Nisan cepit, vt sæpius iam diximus, die tricesimo primo Martij, Ergo mensibus alternis plenis & cauis, nonus dies mensis Ab cadit in quartum Augusti, feria septima. Hoc etiam probatur verbis Iosephi Libro VII, cap X. θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν αὐτῇ τῆς περιόδου τὴν ἀκρίβειαν. καὶ μῆνα γοῦν, ὡς ἔφην, καὶ ἡμέραν ἐπετήρησε τὴν αὐτήν, ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη. καὶ ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης κτίσεως, ἣν κατεβάλετο Σολομῶν ὁ βασιλεὺς μέχρι τῆς νῦν ἀναιρέσεως, ἣ γέγονεν ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἔτη συνάγεται χίλια ἑκατὸν τριάκοντα, πρὸς δὲ μῆνες ἑπτά, καὶ πεντεκαίδεκα ἡμέ-

æri. Corruptus est in his annorum & mensium numerus, quem tamen facile emendes; sed beauit nos Iosephus in eo, quod addit de diebus illis quindecim. Salomon anno imperij sui vndecimo, absoluto Templi ædificio, illud solenni ritu consecrauit, vt habetur I. Reg. VIII, & II. Chron. VII: Mense autem septimo dedicatum est à Salomone Templum, id est, mense Tisri, festiuitate maxima dierum septem, quam immediatè excepit Scenopegia, vt habes in laudatis S. Scripturæ locis. Numeratur igitur Templi à Salomone conditi tempus, ab eo, quo solenni ritu Deo dicatum atque consecratum est, id est, ab vltimo Encæniorum illius die: Quem nullo negotio, Deo dante inuestigabimus: præcedit enim immediatè Scenopegiam. Annus hic vndecimus Solomonis est ab Orbe condito bismillesimus nongentesimus quadragesimus, Cyclo Solis VIII, litera Dominicali E. Idem annus erat octauus prioris nostræ Octaëteridis: Quo anno Neomenia Nisan cepit die quartodecimo Aprilis, feria secunda: Ergo dies quartusdecimus Tisri, qui immediatè præcedit festum Scenopegiæ, fuit, numeratis mensibus alternis plenis & canis, vicesimo primo Octobris die, feria tertia: Quare è mense Octobri dies supersunt vndecim, vt numerus dierum mensis Octobris absoluatur. Iam vero, vt diximus, incensum est à Romanis Templum anno ab Orbe condito quatermillesimo decimonono, die quarto mensis Augusti: Est igitur à vicesimoprimo mensis Octobris die anni cIↄcIↄcIↄccccxL. ad quartum diem mensis Augusti anni cIↄcIↄcIↄcIↄxix. interuallam

annorum mille septuaginta octo, & mensium nouem, præterea πεντεκαίδεκα ἡμέραι illæ, de quibus Iosephus, nempe dies illi Octobris vndecim, quos è mense Octobri superesse diximus, & quatuor ex Augusto mense dies. Restat vt de mensis Loï diebus pauca dicamus: Eorum numerum esse corruptum vel vnum illud probet & emendet, quod in superioribus dies quintusdecimus Nisan cum die quartodecimo Xanthici comparetur. Ergo dies nonus mensis Ab non potest comparari cum die decimo mensis Loï: Certum autem est Templum incensum fuisse die nono mensis Ab: Est igitur hic dies comparandus cum die octauo mensis Loï: & certè dies octauus mensis Loï cadit in diem quartum Augusti, hoc anno, cuius Hyperberetæus cepit die sexto Septembris, vt diximus, anno cIɔcIɔcIɔcIɔxviii. Adde menses vndecim, est enim annus embolimæus: Cepit ergo Lous die vicesimo octauo Iulij anni cIɔ cIɔcIɔcIɔxix. Sabbato, ac proinde dies octauus Loï fuit quartus Augusti, Sabbato. Restat expendendus, si Deus dederit, vltimus de rebus gestis huius anni apud Iosephum locus Lib. VII. cap. XVIII. Excisa sunt Hierosolyma die octauo Gorpiæi: ἑάλω μὲν οὕτως Ἱεροσόλυμα ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ. Characterem addit Dio apud Xiphilinum, hunc diem fuisse Sabbatum: οὕτω μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα ἐν αὐτῇ τῇ Κρόνου ἡμέρᾳ, ἣν μάλιστα ἔτι καὶ νῦν Ἰουδαῖοι σέβουσιν ἐξώλετο. Anni huius Hyperberetæus cepit die sexto Septembris anni cIɔ cIɔ cIɔ cIɔ xviii. adde mẽses duodecim, quia embo-

limæus

limæus annus eſt: Cepit igitur Gorpiæus die viceſimo ſexto Auguſti anni cIↄcIↄcIↄcIↄxix. feriâ primâ: Cauus autem menſis eſt Gorpiæus, quare qui dies octauus Gorpiæi politicè numeratur, ſeptimus reuera tantum eſt. Fuit igitur dies ſeptimus Gorpiæi, qui politicè octauus dicitur, die primo Septembris, anno cIↄcIↄcIↄcIↄxix. Sabbato.

CAPVT XVI.

EXIMIVS habetur locus apud Scriptorem Chronici Alexandrini pag. 438. τούτου Γάϊος Ἰούλιος ὁ Δικτάτωρ, ὅ ἐστιν Μονάρχης ἀπολύτων ἐκράτησεν ἐν ὑπερηφανείᾳ καὶ τυραννίᾳ ἐπὶ ἔτη δ. καὶ μῆνας ρ. περὶ δ. Εἰδῶν Μαΐων τῆς τετάρτης ἐπινεμήσεως, καὶ προσετέθη ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτε καὶ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο, τῇ κ. τοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς, πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ ἐκλήθη ὁ αὐτὸς Καῖσαρ Ἰούλιος Δικτάτωρ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ γ. καὶ κ. τοῦ Ἀρτεμισίου μηνός· χρηματίζει οὖν τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας εἰς τιμὴν αὐτῆς ἔτος α. καὶ πρῶτον ἔτος τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος ἀπὸ πρώτου ἔτους Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος. Quibus è verbis & Alexandrea Syromacedonum Periodus, & noſtra Romana, de qua infra, σὺν θεῷ δ᾽ εἰπεῖν, ſumus dicturi, adſtruitur. Exiſtimat nuperus ſcriptor de Doctrina Temporum Lib. X. cap. LXII. pugnatum fuiſſe in Pharſalicis campis Iulio Romano; qui in Aprilem vel ineuntem Maïum Iulianum cadebat; viceſimo primo vero die Artemiſij Lunaris, ſiue viceſimo Maij Iuliani Antiochenis αὐτονομίας

à Cæſare conceſſam fuiſſe. Sed nihil eſt opus hac interpretatione, nam Aprili menſe, vel ineunte Maïo Iuliano pugnatum non eſt: teſtatur enim Plutarchus in Bruto adulta iam æſtate prælium illud Pharſalicum fuiſſe commiſſum: ἐν δὲ τῇ στρατείᾳ τῆς ἡμέρας ὅσα μὴ Πομπηΐῳ συνῆν, περὶ λόγους καὶ βιβλία διέτριβεν, οὐ μόνον τὸν ἄλλον χρόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἄλλης μεγάλης μάχης. ἦν μὲν ἀκμὴ θέρους, καὶ καῦμα πολὺ, πρὸς ἑλώδεσι χωρίοις στρατοπεδευόντων. Quæ anni tempeſtas in Maïum Iulianum non cadit. Adde quod neque pugnatum eſt menſe Iulio Romano, quod facile eſt probare ex eo quod diximus pugnatum fuiſſe adulta iam æſtate. Atqui in vltimum Maij Iuliani diem cadit primus Quintilis Romani dies eius anni. Erat enim annus ab Vrbe condita ſeptingenteſimus quintus, qui cepit die quinto Decembris Iuliani ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi primi. Ergo Quintilis Romanus cepit die vltimo Maij Iuliani anni termilleſimi nongenteſimi ſecundi. Præterea M. Tullius, qui non longè poſt Pharſalicam pugnā, quem ſibi belli finem fecit, Dyrrachio ſoluit, & Athenas tantùm venit menſe Octobri Romano. Habes his verbis Epiſtolâ V. Lib. XIV. ad Terentiam vxorem. *Si tu, & Tullia, lux noſtra, valetis, ego & ſuauiſſimus Cicero valemus. Pridie idus Octobreis Athenas venimus, cùm ſanè aduerſis ventis vſi eſſemus, tardéque & incommodè nauigaſſemus.* Quanquam de aduerſis ventis, nauigationiſque tarditate conqueratur Cicero, non potuit tamen adeo incommodè nauigare, vt ſi die quartodecimo Kalendas Sextileis pugna-

tum fuiſſet, non ante pridie Idus Octobreis Dyrrachio Athenas veniſſet. His diſputatis ſequitur Antiochenos libertatem à Cæſare non fuiſſe conſecutos hoc anno Vrbis conditæ ſeptingenteſimo quinto, ſiue duodecimo Maij, ſiue viceſimo Artemiſij die dixeris, nondum enim erat pugnatum vltimo illo prælio. Et certè non eſt huius anni, quod refert Chronicon Alexandrinum. Nam iſta referenda ſunt ad illud tempus, quo Dictator iterum Cæſar creatus eſt, id eſt, ad annum ſequentem, qui eſt ſeptingenteſimus ſextus ab Vrbe condita. Quem Magiſtratum extra Italiam adiit. Dio Caſſius Lib. XLIII. Ὑπατός τε γὰρ ἔτη πέντε ἐφεξῆς αἱρέεσθαι, καὶ Δικτάτωρ οὐκ εἰς ἑξάμηνον, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον λεχθῆναι ἔλαβε. καὶ ὁ, τε Καῖσαρ τὴν Δικτατωρείαν παραχρῆμα (καίπερ ἔξω τῆς Ἰταλίας ὢν) ὑπέστη, καὶ τὸν Ἀντώνιον, μηδὲ ἐστρατηγηκότα, Ἵππαρχον προσειλόμενος. Erat Cæſar extra Italiam, quãdo hunc Magiſtratum adiit. Videturque Cicero dicere Cæſarem tunc fuiſſe Alexandriæ in Ægypto. Eius verba ſunt Philippicâ II. *Acceſſit, vt, Cæſare ignaro, cùm ille eſſet Alexandriæ, beneficio amicorum eius Magiſter Equitum conſtitueretur.* Sed aut ego valde fallor, aut Cæſar Dictaturam Alexandriæ non adiit: neque id dicit Cicero, cui non bene cum Dione conuenit. Scribit enim Dio, Cæſarem ipſum, vbi primum hunc Magiſtratum extra Italiam adiit, dixiſſe Antonium Magiſtrum Equitum. Ac vero Cicero, cui tutiùs credemus, aſſerit Antonium conſtitutum eſſe Magiſtrum Equitum, Cæſare ignaro: Scilicet cùm populus Cæſarem, qui adhuc Ale-

xandriæ erat, Dictatorem creasset, amici Antonij, qui Romæ erant, Antonium à Cæsare, de cuius voluntate se esse certos simulabant, Magistrum Equitum constitui curant. Quanquam autem Cæsar Alexandriæ esset, quando illum populus Romanus Dictatorem creauit, non tamen Alexandrię eum Magistratum adiit, sed potius Antiochiæ; certè id sonant Chronici Alexandrini verba: πρὸ η' Εἰδῶν Μαΐων τῆς προθέτης ἐπινεμήσεως, καὶ προετέθη ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτε καὶ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο, τῇ κ' τοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ ἐκλήθη ὁ αὐτὸς Καῖσαρ Ἰούλιος Δικτάτωρ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ γ' καὶ κ' τοῦ Ἀρτεμισίου μηνός. Obiter tamen hic obseruandum est, verba ista, ὅτε καὶ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο, esse corrupta. Quid enim, an tunc primum Romanis subiecta est Antiochia, quando à Cæsare libertatem est consecuta? Nugæ: imo potius indultum est illi suis, non Romanorum, viuere legibus, quod αὐτονομίαν dixit Euagrius. Rescribendum itaque putamus, καὶ προετέθη ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτι καὶ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο. Libertatem, inquit, καὶ αὐτονομίαν illis concessit Cæsar, quia Romanorum viuebant Legibus. Sed ad rem. Annum fuisse ab Vrbe condita septingentesimum sextum probat, quod hic auctor narrat de concessa Antiochenis libertate: Nam id factum est, *quum in Suriam Cæsar ex Ægypto venisset*, id est, eo, quo diximus, anno: Nam de ciuitatibus Suriæ, cuius Metropolis erat Antiochia, hæc habet auctor Libri de bello Alexandrino: *Commoratus fere in omnibus ciuitatibus, quæ ma-*

iore ſunt dignitate, præmia bene meritis & viritim, & publicè tribuit. Inter ceteras autem Antiochiæ, vt habes in Alexandrino Chronico. Sed de tempore, quo Cęſar fuit Antiochiæ, videamus. Scribit M. Tullius Attico Lib. XI. Epiſt. XX, in hæc verba: *Decimo ſeptimo Kal. Sept. venerat die XXIIX. Seleuciâ Pieriâ C. Trebonius, qui ſe Antiocheæ diceret apud Cæſarem vidiſſe Quintum filium cum Hirtio.* Annus hic Romanus cepit die viceſimo quinto Nouembris, anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi ſecundi; eratque nonus Periodi & ἐξαιρεσιμαῖος, ac proinde Quintilis erat tantum dierum viginti ſeptem, propter eius quatuor *Merkedonios*: Quare dies decimus ſeptimus Kalendas Septembris huius anni cadit in diem vltimum menſis Iunij Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ ccccııı. Erat autem is dies viceſimus octauus, ex quo profectus fuerat C. Trebonius Seleuciâ Pieriâ: Quare die tertio decimo Quintilis Romani, qui cadit in diem ſecundum eiuſdem Iunij Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ ccccııı. Seleuciâ Pieriâ profectus fuerat C. Trebonius: Ergo antequam Seleuciâ proficiſceretur Trebonius, id eſt, ante diem tertium decimum Quintilis Romani Cæſar fuerat Antiochiæ. Chronicon verò Alexandrinum expreſſis verbis docet, Cæſarem die viceſimo Artemiſij menſis conceſſis Antiochenis αὐτονομίαν, Dictaturam adiiſſe die viceſimo tertio eiuſdem menſis Artemiſij: καὶ προσετέθη ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτι ἐν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο, τῇ κ' τοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ ἐκλήθη ὁ αὐτὸς Ἰού-

λιος Καῖσαρ Δικτάτωρ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ γ' καὶ κ' τοῦ Ἀρτεμισίου μηνός. Artemiſius hic menſis Iulianus nō eſt, neque fixus; comparatur enim eius dies viceſimus cum die duodecimo Maij, ſed Lunaris Syromacedonum: Vertebat annus triceſimus ſeptimus Periodi Calippicæ Syromacedonum.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	☉.	☽.
3902.				
3865.				
37.	271.	2.	14.	11.
3865.		5.	4.	
	271.	7.	18.	11.

Cepit eius Hyperberetæus die viceſimo octauo Septēbris Iuliani, feriâ ſeptimâ, anno ab Orbe cōdito cIↃ cIↃ cIↃ cIↃ IↃccccıı. atq; Ar temiſius cepit die viceſimo tertio Apr. Iuliani anni cIↃ cIↃ cIↃ cIↃ IↃccccııı. feriâ ſecūdâ: Quare optimè auctor Chronici cōparat cū die duodecimo M[illegible],non Romani,ſed Iuliani;nouerat enim Artemiſium anni decimi octaui Enneadecaëteridis Calippicæ Syromacedonum ſemper cepiſſe in anno Iuliano die viceſimo tertio menſis Aprilis, proindeque Artemiſij diem viceſimum cadere in duodecimū diem Maij: Eſtque hic viceſimus Artemiſij dies titulus & epocha αὐτονομίας Antiochenorum. Artemiſij vero die viceſimotertio, qui hoc anno Iuliano cadit in diem quintumdecimum Maij, Cæſar Dictator iterum Magiſtratum adiit Antiochiæ: Eratque is dies viceſimus quartus Iunij Roma-

ni: Numerat autem annos imperij Cæſaris, non ex quo Dictaturam iniit Antiochiæ die viceſimo tertio Artemiſij, qui viceſimus quartus erat Iunij Romani, cadebatque in diem quintumdecimum Maij Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄccccIII. ſed à die, quo Pompeïum in Pharſalia vicit; ἀπ' οὗ τῶν ἐκράτησεν ἐν τῇ Φαρσαλίᾳ καὶ τυραννίᾳ ἐπὶ ἔτη δ καὶ μῆνας ζ. Non imperauit Cæſar annos quatuor & menſes ſeptem, ſed annos potius tres, & menſes ſeptem, vertente igitur anno quarto ſublatus eſt, illius anni octauo menſe ineunte: Vnde colligere eſt, quod in ſuperioribus dicebamus, non pugnatum fuiſſe in Pharſalia menſe Iulio Romano, ſed potius menſe Sextili, anno cIↄcIↄcIↄIↄccccII, qui cepit die primo Iulij Iuliani: exinde ſi numeres ad Eidus Martias anni cIↄcIↄcIↄIↄccccVI, quibus Cæſar cæſus eſt, fient anni tres, & menſes ſeptem.

Capvt XVI.

NVLLVM alium ab Athenienſibus obſeruatúm fuiſſe annum Solarem præter Iulianum, poſtquàm Auguſti Edicto imperatus eſt, ſuſpicantur viri ſummi, nullo argumento, quibus eſt opponendus Plinius, qui aliud planè docebit, quod iam, ſi Deus dederit, expendemus, Liquidò igitur conſtabit è Plinij verbis Libro XXXIV, cap XVI. Athenienſes poſt Demetrij Phalerei tempora vſurpaſſe anni Solaris modum: *Nullique arbitror*, inquit, *plures ſtatuas dicatas, quàm Demetrio Phalereo Athenis. Siquidem trecentas ſexaginta ſtatuere, quas mox lacerauerunt, nondum*

anno hunc numerum dierum excedente. Vides Demetrij Phalerei ætate annum fuiſſe tantùm dierum trecentûm ſexaginta; at vero poſt hæc tempora numerum hunc dierum exceſſit, factuſque eſt Solaris, id eſt, dierum trecentorum ſexaginta quinque, cùm enim *nondum exceſſiſſe* dicat Plinius *numerum dierum trecentum ſexaginta*, Demetrio Phalereo Athenis rerum potiente, ſubindicat poſtea exceſſiſſe, & factum fuiſſe Solarem, ſiue dierum trecentorum ſexaginta quinque: ſed modum huius anni excutiamus. Suſpicor nihil ab Athenienſibus immutatum fuiſſe in mẽſium contextu, quos habuerunt τριακονθημέρους, vt prius, cùm annus eſſet tantùm dierum trecentûm ſexaginta: ſed tamen vt annus fieret Solaris, extra ordinem menſium, explendis anni ſpatiis, dies quinque, quæ Ἐπαγόμεναι dicuntur, appendebantur menſi vltimo Scirrhophorioni; atque ita annus fiebat dierum trecentorum ſexaginta quinque; ſed Boëdromion ſemper fuit cauus in omni anni forma, itaque etiam menſi Poſideoni vnus dies appendebatur, quẽadmodum in anno æquabili factum: fuitque hic iuſtus & legitimus anni modus. Caput verò anni à ſolſtitio ad æquinoctium autumnale traductum eſt, id eſt, à die octauo Iulij ad diem ſeptimum Octobris, quo æquinoctium committi putarunt: idque acceperunt Athenienſes ab Alexandri Magni ſucceſſoribus, in quorum poteſtatem venerunt; cepitque primus Periodi huius Hecatombæon die ſeptimo Octobris, ceteri menſes eum excipiunt eadem, qua prius, ſerie atque ordine: Quanquam autem annus

explicaretur diebus trecétis sexaginta quinque, ignorare tamen non poterant illi anno ad perfectionem, & vt paria cum rationibus Solis faceret, quadrantem diurni temporis deesse, quo neglecto in centum viginti annis per mensem integrum recedit caput anni ab Epocha Solari: Huic rei vt medicina fieret, Athenienses anno centesimo vicesimo interkalarem mensem dierum triginta inseruerunt, fuitque annus centesimus & vicesimus dierum trecentorum nonaginta quinque; atque ita anni caput rediit in gratiam & in orbem cum Epocha Solari: Fuit igitur Periodus annorum centum& viginti, cuius hoc est Diagramma:

PERIODVS. ANNORVM. CXX.

ANNI. PERIODI.	NEOMENIA. HECATOMBÆONIS.	DIES. ANNI.
I	VII. Octobris.	365
II	VII. Octobris.	365
III	VII. Octobris.	365
IV	VII. Octobris.	365
V	VI. Octobris.	365
VI	VI. Octobris.	365
VII	VI. Octobris.	365
VIII	VI. Octobris.	365
IX	V. Octobris.	365
X	V. Octobris.	365
XI	V. Octobris.	365
XII	V. Octobris.	365

ANNI. PERIODI.	NEOMENIA. HECATOMBÆONIS.		DIES. ANNI.
XIII	IV.	Octobris.	365
XIV	IV.	Octobris.	365
XV	IV.	Octobris.	365
XVI	IV.	Octobris.	365
XVII	III.	Octobris.	365
XVIII	III.	Octobris.	365
XIX	III.	Octobris.	365
XX	III.	Octobris.	365
XXI	II.	Octobris.	365
XXII	II.	Octobris.	365
XXIII	II.	Octobris.	365
XXIV	II.	Octobris.	365
XXV	Kalendæ	Octobris.	365
XXVI	Kalendæ	Octobris.	365
XXVII	Kalendæ	Octobris.	365
XXVIII	Kalendæ	Octobris.	365
XXIX	XXX.	Septembris.	365
XXX	XXX.	Septembris.	365
XXXI	XXX.	Septembris.	365
XXXII	XXX.	Septembris.	365
XXXIII	XXIX.	Septembris.	365
XXXIV	XXIX.	Septembris.	365
XXXV	XXIX.	Septembris.	365
XXXVI	XXIX.	Septembris.	365

ANNI. PERIODI.	NEOMENIA. HECATOMBÆONIS.		DIES. ANNI.
XXXVII	XXVIII.	Septembris.	365
XXXVIII	XXVIII.	Septembris.	365
XXXIX	XXVIII.	Septembris.	365
XL	XXVIII.	Septembris.	365
XLI	XXVII.	Septembris.	365
XLII	XXVII.	Septembris.	365
XLIII	XXVII.	Septembris.	365
XLIV	XXVII.	Septembris.	365
XLV	XXVI.	Septembris.	365
XLVI	XXVI.	Septembris.	365
XLVII	XXVI.	Septembris.	365
XLVIII	XXVI.	Septembris.	365
XLIX	XXV.	Septembris.	365
L	XXV.	Septembris.	365
LI	XXV.	Septembris.	365
LII	XXV.	Septembris.	365
LIII	XXIV.	Septembris.	365
LIV	XXIV.	Septembris.	365
LV	XXIV.	Septembris.	365
LVI	XXIV.	Septembris.	365
LVII	XXIII.	Septembris.	365
LVIII	XXIII.	Septembris.	365
LIX	XXIII.	Septembris.	365
LX	XXIII.	Septembris.	365

ANNI PERIODI.	NEOMENIA. HECATOMBÆONIS.		DIES. ANNI.
LXI.	XXII.	Septembris.	365
LXII	XXII.	Septembris.	365
LXIII	XXII.	Septembris.	365
LXIV	XXII.	Septembris.	365
LXV	XXI.	Septembris.	365
LXVI	XXI.	Septembris.	365
LXVII	XXI.	Septembris.	365
LXVIII	XXI.	Septembris.	365
LXIX	XX.	Septembris.	365
LXX	XX.	Septembris.	365
LXXI	XX.	Septembris.	365
LXXII	XX.	Septembris.	365
LXXIII	XIX.	Septembris.	365
LXXIV	XIX.	Septembris.	365
LXXV	XIX.	Septembris.	365
LXXVI	XIX.	Septembris.	365
LXXVII	XVIII.	Septembris.	365
LXXVIII	XVIII.	Septembris.	365
LXXIX	XVIII.	Septembris.	365
LXXX	XVIII.	Septembris.	365
LXXXI	XVII.	Septembris.	365
LXXXII	XVII.	Septembris.	365
LXXXIII	XVII.	Septembris.	365
LXXXIV	XVII.	Septembris.	365

ANNI. PERIODI.	NEOMENIA. HECATOMBÆONIS.		DIES. ANNI.
LXXXV	XVI.	Septembris.	365
LXXXVI	XVI.	Septembris.	365
LXXXVII	XVI.	Septembris.	365
LXXXVIII	XVI.	Septembris.	365
LXXXIX	XV.	Septembris.	365
XC	XV.	Septembris.	365
XCI	XV.	Septembris.	365
XCII	XV.	Septembris.	365
XCIII	XIV.	Septembris.	365
XCIV	XIV.	Septembris.	365
XCV	XIV.	Septembris.	365
XCVI	XIV.	Septembris.	365
XCVII	XIII.	Septembris.	365
XCVIII	XIII.	Septembris.	365
XCIX	XIII.	Septembris.	365
C	XIII.	Septembris.	365
CI	XII.	Septembris.	365
CII	XII.	Septembris.	365
CIII	XII.	Septembris.	365
CIV	XII.	Septembris.	365
CV	XI.	Septembris.	365
CVI	XI.	Septembris.	365
CVII	XI.	Septembris.	365
CVIII	XI.	Septembris.	365

ANNI. PERIODI.	NEOMENIA. HECATOMBÆONIS.		DIES. ANNI.
CIX	X.	Septembris.	365
CX	X.	Septembris.	365
CXI	X.	Septembris.	365
CXII	X.	Septembris.	365
CXIII	IX.	Septembris.	365
CXIV	IX.	Septembris.	365
CXV	IX.	Septembris.	363
CXVI	IX.	Septembris.	365
CXVII	VIII.	Septembris.	365
CXVIII	VIII.	Septembris.	365
CXIX	VIII.	Septembris.	365
CXX Emb.	VIII.	Septembris.	365

Peracta centum atque viginti annorum Periodo, quorum ſinguli diebus trecentis ſexaginta quinque explicantur, excepto centeſimo viceſimo, qui eſt dierum trecentum nonaginta quinque, eodem redit, vnde ceperat, primus Periodi annus, nempe ad ſeptimum Octobris diem, cuius rei nullum quidem veterum habemus auctorem, ſed exemplis è veteri hiſtoria petitis deprehendi poteſt.

Capvt XVII.

REFERT Epiphanius Hæreſi Ἀλόγων natum eſſe Dominum, Auguſto XIII. & Siluano Coſſ. die quinto Ianuarij anno ab Orbe condito termilleſi-

mo nongenteſimo quadrageſimo octauo, litera Dominicali E, Cyclo Solis VIII, Lunæ XIX. Comparat verò ſextum Ianuarij diem, cum Mæmacterionis, vt vulgo editur, ſexto: (atque ad iſta Epiphanij referenda eſt Suidæ nota, Μαιμακτηριὼν ὁ πέμπτος μὴν παρ' Ἀθηναίοις, ὁ Ἰανουάριος.) γεννηθέντος γὰρ αὐτοῦ περὶ τὸν Ἰανουάριον μῆνα, τουτέστι, πρὸ ὀκτὼ Εἰδῶν Ἰανουαρίων, κατ' Ἀθηναίους μαιμακτηριὼν ϛ'. Rurſum Chriſtus baptizatus eſt, Silano & Nerua Coſſ. die quinto Nouembris, (ita in Superioribus probauimus emendandum eſſe) anno ab Orbe condito termilleſimo nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, literâ Dominicali D C, Cyclo Solis IX, Lunæ X. Comparatur autem quintus Nouembris dies cum ſeptima die Metagitnionis: καὶ ἐβαπτίσθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ τοῦ τριακοστοῦ ἔτους τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, τουτέστι, πρὸ ἓξ Εἰδῶν Νοεμβρίων, κατ' Ἀθηναίους Μεταγειτνιὼν ἑβδόμη. Annus Natalis Chriſti eſt, vt diximus, ex Epiphanij ſententia termilleſimus nongenteſimus quadrageſimus octauus. Dies Natalis eſt ſextus Ianuarij: Age vero, annum Athenienſium in noſtra Periodo inueſtigemus: eò nos deducet annus Baptiſmi, cuius dies quintus Nouembris comparatur cum ſeptimo Metagitnionis. Anno igitur Natali Chriſti vertebat annus centeſimus decimus nonus huius noſtræ Periodi Atticæ, cuius Hecatombæon cepit die octauo Septembris anni præcedentis: adde menſes quatuor, dierum tricenum ſingulos, Neomenia igitur Mæmacterionis cadit in ſextum Ianuarij diem anno cIɔ cIɔ cIɔ Iɔ CCCXLVIII. Quare reſcri-

bendum censemus apud Epiphanium, τῇ Ἀθηναίοις Μαιμακτηριῶνος, id est, Mæmacterionis Neomeniâ, siue primo mensis Mæmacterionis die, quomodo Sacri Scriptores loqui amant; vt, exempli gratia, Exodi XIX. I. de primo die mensis tertij: τοῦ δὲ μηνὸς τοῦ τρίτου τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἦλθον εἰς τὴν ἔρημον Σινᾶ.

Quod verò ad annum Baptismi attinet, fuit is, ex Epiphanij sententia, termillesimus nongentesimus septuagesimus septimus: Dies verò Baptismi est quintus Nouembris, qui comparatur cum septimo die Metagitnionis. Vertebat annus vicesimus nonus huius nostræ Periodi, cuius Hecatombæon cepit die tricesimo Septembris eiusdem anni cIↃ cIↃ cIↃ IↃ CCCCLXXVII. Ergo dies septimus Metagitnionis in quintum Nouembris cadit.

CAPVT XVIII.

EANDEM hanc Periodum duobus aliis ibimus confirmatum exemplis: Prius erit è Iosepho Libro XIV, cap. XVI. ταῦτα ἐγένετο ἐπὶ Υρκανοῦ Αρχιερέως καὶ Εθνάρχου, ἔτους ἐνάτου μηνὸς Πανέμου. ηὔρατο δὲ καὶ παρὰ τοῦ τῶν Αθηναίων δήμου τιμὰς Υρκανός, πολλὰ χρήσιμος γενόμενος εἰς αὐτοὺς, ἔπεμψάν τε ψήφισμα γράψαντες αὐτῷ, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον. ἐπὶ Πρυτάνεως καὶ Ιερέως Διονυσίου τοῦ Ασκληπιάδου μηνὸς Πανέμου πέμπτῃ ἀπιόντος, ἐπεδόθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα Αθηναίων, ἐπὶ Αγαθοκλέους Αρχοντος. Εὐκλῆς Μενάνδρου Αλιμούσιος ἐγραμμάτευε, Μουνυχιῶνος, ἑνδεκάτῃ τῆς Πρυτανείας, ἐκκλησίας γενομένης

γινομένης ἐν τῷ θεάτρῳ τῶν Γερέδρων, ἐπεψήφισε Δωρόθεος Αρχιερβὰς, καὶ οἱ Συμπρόεδροι τοῦ δήμου. Διονύσιος Διονυσίου εἶπεν, &c. Hunc locum adtentauit nuperus Scriptor, & obseruat nullum certum annum designari: nam annus nonus Hyrcani referendus est ad scripti Senatusconsulti, quod antea repræsentauerat, tempora. Præterea duæ sunt in Græcis verbis partes: priora namque illa, ἐπὶ Πρυτάνεως, &c. vsque ad ἐγραμμάτευε non psephismatis verba sunt, sed eius appendix: Primùm enim psephisma conditum est in publica concione, Munychione mense: Deinde tertio postea mense, qui Atheniensibus est Scirrophorion, Syromacedonibus Panemus, cùm legati Iudæorum adessent, depromptum est à Scriba, præsente Dionysio Asclepiadis F. vno ex Prytanibus, & Legatis traditum, qui mensem Panemum ac diem adscripserunt, non quo psephisma in concione natum, sed quo sibi à Strategis ministrante Scriba, traditum fuerat: Hæc nuperus scriptor, qui scribendo psephismati adfuisse, aut certè concioni, qua scriptum est, interfuisse videtur, adeo securè de eo pronuntiat. At contra psephisma istud, non minùs quàm Romanorum Senatusconsultum, scriptum est anno Hyrcani nono. Sed verba Iosephi interpunctione laborant. Rescribo: Ταῦτα ἐγένετο ἐπὶ Υρκανοῦ ἀρχιερέως καὶ Εθνάρχου, ἔτους ἐννάτου· μηνὸς πανέμου ἤνεγκε δὲ καὶ παρὰ τοῦ τῶν Αθηναίων δήμου τιμὰς Υρκανος. Non potuit Senatusconsultum Romanorum scribi Panemo mense, scriptum quippe est Eidibus Decembribus: Quare quod hîc habes de mense Panemo, referendum est ad

Athenienſium pſephiſma : Vnde ſequitur & illud Romanorum Senatusconſultum, & hoc Athenienſium pſephiſma , fuiſſe ſcripta anno Pontificatus Hyrcani nono, illud quidem Eidibus Decembribus; hoc verò menſe Panemo: Dicit enim honorem ab Athenienſibus Hyrcano habitum fuiſſe menſe Panemo ; atqui honos habitus illi non eſt , quando pſephiſma eius Legatis in manus traditum eſt à Strategis, miniſtrante ſcriba ; ſed quando ſcriptum eſt: Ergo menſe Panemo ſcriptum eſt hoc pſephiſma , die vndecimo Prytaneias, menſe Munychione: At mirum eſt præſcribi Sacerdotis nomen , quod tamen Athenienſibus inſolens non eſt: En teſtem veterem Inſcriptionem apud Gruterum LXXXIV. 3.

ΘΕΟΦΙΛΟΣ. ΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΑΝΤΙΧΕΤΥΣ.

* * * * *
* * * * *
* * * * *
* * * * *
* * * * *

ΑΝΕΘΗΚΕΝ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. ΙΣΙΔΙ
ΑΝΟΥΒΙΔΥ. ΑΡΓΟΚΡΑΤΕΙ.
ΕΠΙ. ΙΕΡΕΟΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΤΟΥ. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ
ΡΑΜΜΟΥΣΙΟΥ.

Sacerdos hic, qui etiam aliquando Fastos signauit, erat, vt puto, Liberi Patris. Sed ad psephisma redeamus: Non tantùm præfert Sacerdotis nomen, sed etiam Archontis, nempe Agathoclis: ἐπεδόθη τοῖς Στρατηγοῖς ψήφισμα Ἀθηναίων, idem fortè est, ac Στρατηγῶν γνώμῃ, id est, auctoritate Strategorum missus est in suffragia Atheniensium populus, de gratia Hyrcano referenda, vt scriberet ea de re psephisma: Concioni verò præfuerunt Dorotheus ὁ Ἐπιστάτης cũ ceteris Προέδροις eius collegis, & miserunt in suffragia populum. Quod si, ἐπεδόθη τοῖς Στρατηγοῖς ψήφισμα Ἀθηναίων, interpretamur, traditum fuisse Strategis psephisma Atheniensium, dicendum est, eo ipso die, quo est scriptum, traditum fuisse; neque certè hęc res moram patiebatur vllam, sed statim ac scriptum est psephisma honori Hyrcani, traditum est Strategis, vt, illis curantibus, ad Hyrcanum mitteretur, ne quis putet rem dilatam fuisse in tertium vsque à scripto psephismate mensem: periisset enim omnis psephismatis gratia, si in tertium vsque mensem ab eo scripto procrastinassent mittere: Annus autem nonus Pontificatus Hyrcani cadit in annum Orbis conditi termillesimum octingentesimum octagesimum primum, litera Dominicali E D, Cyclo Solis XXV, Lunæ IX. Vertebat annus quintusdecimus Periodi Syromacedonum, qui cepit die secundo Septembris anni termillesimi octingentesimi octagesimi: Adde menses nouem, & dies vigintiquinque mensis Panemi, qui cauus est: Ergo dies vicesimus quintus mensis Panemi cadit in diem decimum no-

num Iunij anni cIↄcIↄcIↄIↄcccLXXXI. Rurſum vertebat annus ſexageſimus ſecundus huius noſtræ Periodi, qui cepit die viceſimo ſecundo Septembris anni cIↄcIↄcIↄIↄcccLXXX. Adde menſes nouem: Ergo Neomenia Munychionis cadit in diem decimum nonum Iunij anni cIↄcIↄcIↄIↄcccLXXXI. Quare Neomenia Munychionis incidit in πέμπτην ἀπιόντος Πανέμου. Erat autem is dies vndecimus Prytaneias; nam Magiſtratus obſeruabant Athenis annos Lunares Syromacedonum. Dixit igitur verè pſephiſma eſſe πέμπτην ἀπιόντος Πανέμου, Μουνυχιῶνος Neomeniam nempe, & ἑνδεκάτην τῆς Πρυτανείας.

Sequitur alter locus apud Diogenem Laërtium in Zenonis Cittiei vita: Refert Athenienſium pſephiſma honori Zenonis ſcriptum, paullo ante eius exceſſum, de monumento publicè illi extruendo: ἐπ' Ἀῤῥενίδου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος, πέμπτης Πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς Πρυτανείας. τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. δέδοχθαι τῷ δήμῳ, &c. Senex valde deceſſit Zeno; neque audiendus eſt Euſebius in Chronicis, qui *mori Zenonem Stoicum* ſcripſit, vertente B. Hieronymo, *Olympiade centeſima viceſima nona*: Ego verò putem potius ſupremum obiiſſe diem intra Olympiadem centeſimam triceſimam quartã: Nam ſeneſcebat Olympiade centeſima triceſima. Diogenes: Περσαῖον δὲ ἕνα τῶν γνωρίμων ἀπέστειλεν, ὃς ἤκμαζε κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, ἤδη γέροντος Ζήνωνος ὄντος. Præterea eò nos ducit notatio temporis ſcripti pſephiſmatis: In quo Mæmacterion non eſt menſis anni Lunaris: neque enim Mæmacte-

rionis Lunaris dies vicesimus (id est Μαιμακτηριῶνος δεκάτη ὑστέρα) est dies vicesimus tertius quinti orbis Prytaneias vertentis, sed potius tricesimus secundus quartæ Prytaneias. Annus erat ab Orbe condito termillesimus septingentesimus nonus, litera Dominicali C B, Cyclo Solis XXI, Lunæ VIII. Cepit primus annus huius nostræ Periodi die septimo Octobris anni ab Orbe condito termillesimi septingentesimi octaui: Adde menses quatuor & dies viginti Mæmacterionis: cadet igitur dies vicesimus Mæmacterionis in diem vicesimum secundum Februarij (nam Boëdromion cauus est) anni cIↄcIↄcIↄIↄccix. Vertebat quoque annus septuagesimus primus Periodi Syromacedonum, (erat is annus Prytaneias & Magistratuum, vbi Athenienses à successoribus Alexandri sub iugum missi hanc anni formam admiserunt.) Cepit autem hic annus septuagesimus primus Syromacedonum die tertiodecimo Septembris anni cIↄcIↄcIↄIↄccviii. Quare dies sextusdecimus Posideonis cadit in diem vicesimum secundum Februarij anni cIↄcIↄcIↄIↄccix. Vertebatque orbis quintus Prytaneias, & erat dies eius vicesimus tertius. Atque ita ista optimè conueniunt: estque hic statuenda epocha siue titulus Periodi huius nostræ: Vnde etiam sequitur non longè post tempora Demetrij Phalerei admissum esse apud Athenienses hunc anni Solaris modum.

CAPVT XIX.

VARIAS passæ sunt Athenæ mutationes, non tantũ quod ad Reipub. statum attinet, sed etiã quod ad anni typum modumque: Ad Demetrij vsq; Phalerei tempora constat ex attestatione Plinij annum vsurpasse, qui trecentis sexaginta diebus, non pluribus, non paucioribus explicaretur, annum verò Lunarem, qui erat τῶν Πρυτανέων, obseruatum fuisse, modò ex Harpali Octaëteride, vt antiquiores mittam, modò ex Enneadecaëteride Metonis; in vsu quoque communi fuisse post illa Periodum Calippi, cuius caput erat à diebus æstiuis, facilè nobis persuadet Illustris Heros. Sed post Demetrij ætatem non longè certum est, quod annum, qui Lunaris non esset, spectat, mutasse, & annum factum esse dierum trecentûm sexagintaquinque, eiusque caput traductum fuisse à solstitio in æquinoctium autumnale: Mutauit quoque circa eadem tempora annus Lunaris, quod ad caput illius attinet, & Hecatombæon à diebus æstiuis translatus est in autumnales, vsurpatâ Periodo Calippi autumnali, quàm Syromacedonum appellat ὁ μακαρίτης. Eius obseruationis exempla supersunt hodie, & leguntur in psephismate, quod honori Zenonis scriptum extat apud Diogenem Laërtium, itemque in altero, quod habes apud Iosephum, estque in gratiam Hyrcani factum, vnde colligere est, quousque hanc Syromacedonũ Periodum vsurparint: Nam paullo post, vt videtur, rursum cepit il-

lis annus Lunaris à diebus æſtiuis è Calippi Periodo æſtiua, vbi, poſtquam paululum recreatæ ſunt à ſæuitia Syllæ, qui illas grauiter afflixit, ſuam plenè retinuerunt αὐτονομίαν, de qua Strabo Lib. IX. Ἐπιπεσὼν δὲ ὁ Μιθριδατικὸς πόλεμος, τυράννους αὐτοῖς κατέστησεν, οὓς ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο. τὸν δὲ ἰσχύσαντα μάλιστα τὸν Ἀριστίωνα, καὶ ταύτην βιασάμενος τὴν πόλιν, ἐκ πολιορκίας ἑλὼν Σύλλας, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμὼν ἐκόλασε· τῇ πόλει δὲ συγγνώμην ἔνειμε. καὶ μέχρι νῦν ἐν ἐλευθερίᾳ τε ἐστὶ καὶ τιμῇ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις. Suſpicionem noſtram confirmant, quæ leguntur apud Plutarchum de anno Athenienſium Iuliano: Nam quæ hîc ſubiiciemus, quanquam acciderint ante emendationem Iulianam, tamen à Plutarcho comparantur cum anno Athenienſium Iuliano: Apud Plutarchum igitur in Iulio Cæſare Ianuarius cum Poſideone confertur: Ἱσταμένου Ἰανουαρίου μηνὸς, ὅστις δ' ἂν εἴη Ποσειδεὼν Ἀθηναίοις. Rurſum in Sylla Kalendas Martias incidere ait in Neomeniam Antheſterionis: Ἑλεῖν δὲ τὰς Ἀθήνας αὐτός φησιν ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι Μαρτίαις Καλάνδαις, ἥτις ἡμέρα συμπίπτει μάλιστα τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. Obſeruandum autem eſt Plutarchum comparare, non vt olim fuit, ſed habita ſuæ ætatis ratione, itaque dicit εἴη, συμπίπτειν. Indagandum verò iam eſt, quando Athenienſium annus è Lunari Calippi factus ſit Iulianus: Nam antequam Auguſtus Faſtos corrigeret, videntur annum Iulianum admiſiſſe, quod vt credamus facit Dionyſij Halicarnaſſei locus, qui Claudio Tiberio Nerone II. & Cneo Calpurnio Piſone Coſſ. hiſtoriam ſcripſit. Narrat Plu-

tarchus in Antonio, Octauiam Antonij vxorem, Cæsaris Octauiani sororem, honorificentissimè exceptam ab Atheniensibus: αὐτὸς δὲ πλεύσας εἰς Ἀθήνας, πάλιν ἐν παιδιαῖς ἦν καὶ θεάτροις. ζηλοτυποῦσα δὲ Κλεοπάτρα τὰς Ὀκταβίας ἐν τῇ πόλει τιμάς, ἠγαπήθη γὰρ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἡ Ὀκταβία μάλιστα. Fuit autem Octauia, vt è Dionis Historia XLIX. constat, Athenis, L. Cornelio & Sexto Pompeïo Coss. anno termillesimo nongentesimo quinto decimo, Cyclo Solis III. literâ Dominicali D. Eo anno de admittendo Iuliano plebiscitum factum fuisse, vel in Octauiæ gratiam, suspicio nostra est, fixamque fuisse Neomeniam Posideonis mensis pridie Kalendas Ianuarias, siue die vltimo Decembris anni CIↃ CIↃ CIↃ IↃCCCCXV. Nam Neomenia Posideonis posterioris Lunaris Periodi Calippicæ æstiuæ cadebat in hunc diem ex inemendato Cyclo:

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	☉.	☽.
3915.				
3847.				
68.	189	6.	27.	5.
3847.		5.	4.	
	189.	4.	3.	5.

Cepit Hecatombæon feriâ quartâ, octauo die Iulij, ex emendato Cyclo, anni CIↃ CIↃ CIↃ IↃ CCCCXV. eadem tamen feria erat dies septimus Iulij è vitioso Cyclo, qui tunc apud Romanos obtinebat: Erat quippe annus Iulianus vndecimus, litera Dominicalis

vitioſa C. Annus hic fuit embolimæus, & eſt addendus modus ſex menſium. Quare ὁ δεύτερος Poſideon cepit die vltimo Decembris huius anni; Atque hinc exſurgit anni Iuliani initium apud Athenienſes, cuius en Diagramma:

ANNVS. ATHENIENSIVM. IVLIANVS.

MENSES. ATHENIENSIVM.	DIES IN. QVIBVS. INCIPIVNT.
Poſideon.	XXXI. Decembris.
Gamelion.	XXX. Ianuarij.
Antheſterion.	Kalendæ Martiæ.
Elaphebolion.	XXXI. Martij.
Munychion.	XXX. Aprilis.
Thargelion.	XXX. Maij.
Scirrhophorion.	XXIX. Iunij.
Hecatombæon.	XXIX. Iulij.
Metagitnion.	XXVIII. Auguſti.
Boëdromion.	XXVII. Septembris.
Pyanepſion.	XXVII. Octobris.
Mæmacterion.	XXVI. Nouembris.
Ἐπαγόμεναι.	XXVI. Decembris.

Vides ex hoc Diagrammate Poſideonem comparari cum Ianuario, Antheſterionis Neomeniam cadere in Kalendas Martias, vt habet Plutarchus. Hinc lucem mutabitur locus Dionyſij Halicarnaſſenſis è Lib. I. de Ilij Excidio, Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους (lege τοῦτ' ἔαρος) ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέ-

ραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. περιτταὶ δ' ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. Verba iſta excuſſit nuperus ſcriptor de Doctrina Temporum Lib. I. cap. XXII. item Lib. IX. cap. XXIX. Nos quoque expendemus cum bono Deo: Annus hic è Dionyſij ſententia, quo captum fuit Ilium, eſt quadringenteſimus ſeptimus vertens ante primam Olympiadem. Nam dicit Vrbem eſſe conditam annis ducentis triginta duobus poſt Ilij excidium; id eſt, anno primo vertente Olympiadis ſeptimæ: ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν. ὁ δὲ χρόνος οὗτος ἀναμετρηθεὶς ταῖς Ἐρατοσθένους χρονογραφίαις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτει τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Non ignoramus Dionyſium videri aliud pronunciare, aliud probationibus ſuis efficere; omnino tamen hinc conſtat Dionyſium exiſtimaſſe Ilium fuiſſe captum anno quadringēteſimo ſeptimo vertente ante primam Olympiadem. Quare non anno Periodi Iulianæ 3530. ſed ſequente, captum eſt Ilium, ſi Dionyſium audimus. Præterea verbis iſtis, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, non includitur dies ipſe *ſolſtitij*, ſed excluditur, & dies illa ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος dicitur eſſe decima ſeptima ante *ſolſtitium*; quemadmodum etiam περιτταὶ numerantur μετὰ τὴν τροπὴν, poſt *ſolſtitium* eo excluſo: & longè differunt πρότερον τῆς θερινῆς τροπῆς & πρὸ τριῶν Εἰδῶν. Nam hoc planè Latinum eſt, & ipſum diem tertium Eidus includit: Illud verò Græcum eſt, & terminum excludit. Præterea nullo auctore aſſe-

ritur ciuile *solstitium* in diem vicesimum octauum Iunij conuenisse, cùm Meto illud obseruauerit die vicesimo septimo Iunij sub matutinum tempus, ac proinde in eo *solstitium* collocauerit, quod Calippum loco suo non dimouisse credibile est. Deinde anni Lunaris modum hîc non vsurpat Dionysius: nam duo hi menses Thargelion & Scirrhophorion pleni sunt, (argumenta quibus contrarium asserit nuperus, scriptor iam discussimus) quorum alter tamen in anno Lunari cauus est: en tibi enim triginta septem dies post vicesimum tertium Thargelionis, quo excisum est Ilium, qui supererant anno absoluendo; addit enim Dionysius ijs quæ iam descripsimus: ἐν δὴ ταῖς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ταῖς ἀπὸ τῆς ἁλώσεως διαγενομέναις, τά τε περὶ τὴν πόλιν οἰόμενοι διῳκήσασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ τὰς πρεσβείας ἐπιδέξασθαι τὰς περὶ τῶν ἀφεστηκότων, καὶ τὰ ὅρκια ποιήσασθαι πρὸς αὐτοὺς, τῷ δ' ἑξῆς ἔτει, &c. Adde dies triginta septem cum diebus viginti tribus Thargelionis, fient dies in vniuersum sexaginta; ac proinde duo hi menses Thargelion & Scirrhophorion erunt pleni. Dicet tamen aliquis Thargelioni attribuendos esse tantum dies viginti nouem, & ὀγδόην φθίνοντος dici vicesimum secundum Thargelionis diem, propter exæresim τῆς δευτέρας ἱσταμένου. Sed huic exceptioni locus non est: nam quod alij conferunt in ὀγδόην φθίνοντος, Plutarchus habet ex Ephoro & aliis in Camillo ἑβδόμην φθίνοντος Ταργηλιῶνος, vbi agit de memorabili Carthaginensium clade in Sicilia. Καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ

φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος, καὶ Καλλισθένης, καὶ Δαμάστης, καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασι. nempe erat politicè ἑβδόμη φθίνοντος Θαργηλιῶνος in menſe Lunari cauo, reuera tamen ὀγδόη φθίνοντος Θαργηλιῶνος, ſi ad exæreſim non attendas: Nam omnino captum volebant Ilium die viceſimo tertio Thargelionis, ſiue cauus is eſſet, ſiue plenus: Qui cauum enim numerabant illum menſem, diem eius hac de cauſſa ἑβδόμην φθίνοντος Θαργηλιῶνος numerabant: At verò Dionyſius alijque plenum numerant: Quod igitur habet Dionyſius de die excidij Ilij, accepit ab Ephoro, Eratoſthene, aliis, qui diem inueſtigarunt è Metonis Periodo: Fuit igitur dies viceſimus tertius Thargelionis. Hic autem dies viceſimus tertius Thargelionis, Dionyſij ætate, (nam in eundem Iulianum diem non cadit viceſimus tertius Thargelionis Lunaris dies anno excidij Ilij è Periodo Metonis.) cadebat in diem viceſimum primum Iunij: Vſurpabant enim iam tum, cùm iſta ſcribebat Dionyſius, formam anni Iuliani; itaque dixit in præſenti, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Cepit enim Thargelion Athenienſium Iulianus die triceſimo Maij: A die autem viceſimo primo Iunij ad diem octauum Iulij, qui ſedes eſt politica *ſolſtitij*, eo excluſo, ſunt dies ſeptemdecim. Rurſum à die octauo Iulij ad viceſimum nonum eiuſdem, quo cepit Hecatombæon Iulianus, vtroque termino excluſo, numerantur dies viginti, vt Dionyſius teſtatur. Quia verò hic ſumus, Vergilium illuſtrabimus, vbi hæc deſcribit: Eius verba ſunt Æneidos Lib. II.

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia Lunæ.

Seruius: *Sciendum septima Luna captam esse Troiam, cuius simulacrum apud Argos est, quod relata victoria constitutum est, ab imagine eius, quæ tunc erat diuidua orbis re * Hinc est quod dicit, Oblati per Lunam: & alibi: Per cæcam noctem.* Sed quod à simulacro corniculatæ Lunæ argumentum ducit Seruius, infirmum est; nam non minus poterat τὴν διχόμηνον ὕστεραν repræsentare, quam τὴν διχόμηνον. Verùm hæc mittamus, vt expendamus ista,

-----tacitæ per amica silentia Lunæ.

Variè interpretantur, & quærunt, quæ sit *tacita Luna*: Dicam liberè, aliud est quod agant: nam leuiter corruptus est hic locus, qui etiam est adiuuandus interpunctione: Rescribo,

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo tacitè, per amica silentia Lunæ.

Tacitè aduerbium est, non nomen, quo significatur, Græcos ab insula Tenedo soluisse, nullo signo à classicis dato, quo Trojanos nihil tale metuentes facilius inuadere possent.

CAPVT XX.

EVRIPIDIS, siue quis est alius auctor, locum è Tragœdia Rheso excepit Vranologus, Ἄτλας τὸν οὐρανόν, in eoque errorum nostrorum portenta ὁ νέος Ἡρακλῆς, vt sibi videtur, debellauit, sed quàm fuerit frustra, res ipsa αὐτοβοᾷ, & caput hoc docebit,

eademque opera documentum ſtatuetur Vranologis noſtris, ne ſtudioſorum ſcripta ſuis ïniquis vexare cenſuris adtentent. Igitur nocturnorum Vigilum Chorus in illo Dramate per noctem excubias agens, notationem adiicit è ſtellarum ortu, & occaſu, quam hîc deſcribemus:

Τίνος ἁ φυλακά; τίς ἀμείβει
Τὰν ἐμὰν πρῶτα;
Δύεται σημεῖα καὶ ἑπτάποροι
Πλειάδες αἰθέριαι.
Μέσα δ' ἀετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.
Εγείρεσθε· τί μέλλετε κοιτᾶν.
Εγείρεσθε πρὸς φυλακάν.
Οὐ λεύσσετε μηνάδος αἴγλαν;
Αὼς δὴ πέλας, ἀώς.

His verſibus matutinum tempus indicat, quo imminentem Solis ortum Vergiliæ ortu ſuo præueniunt, Aquila culminante, ac commodùm emergente Luna, quod in quadrante vltimo contingit, inquit Vranologus. Sed nondum noſtra nobis diſplicet coniectura; Nam intelligi occaſum Pleïadum probat, quod ne γρῦ quidem de ortu, ſed potius illud καὶ in hoc verſu,

Δύεται σημεῖα καὶ ἑπτάποροι
Πλειάδες αἰθέριαι.

Illud, inquam, καὶ, ſignificat, quod ſequitur, τὸ Πλειάδες, coniungendum eſſe cum τῷ δύεται σημεῖα. Vbi enim Aquilam oriri addit, vtitur particula aduerſatiua δέ.

Μέσα δ' ἀετὸς ποτᾶται.

Referenda autem iſta ſunt, vt monuimus, neque negat noſter Cenſor, ad æuum Poëtæ, qui hanc fabulam ſcripſit, quanquam per incogitantiam, cùm aliud ageremus, Nouilunium ad Troïana tempora inueſtigatum adſcripſerimus. Sed occaſum Vergiliarum deſignari validiori argumento demonſtremus. Menſis Poſideon eſt, quo Liberalia τὰ κατ' ἀγροὺς celebrabantur, de quibus coniecturam facere licet ἐκ τῶν Ἀστικῶν, quæ Elaphebolione menſe agitabantur, & die eius viceſimo quarto peragebantur, vt colligere eſt ex his Thucydidis verbis: αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν Ἀστικῶν, αὐτοδεκαετῶν διελθόντων, καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν, Πλειστόλα Σπάρτης ἐφορεύοντος, Ἀρτεμισίου τετράδι φθίνοντος, Ἀλκαίου δ' Ἀθήνησιν ἄρχοντος, ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος. Hoc igitur menſe Poſideone extremo vertente productum eſt in ſcenam hoc drama Liberalibus, itaque actum circa viceſimum tertium aut viceſimum quartum diem Poſideonis. Annum diximus eſſe decimum Enneadecaëteridis Metonicæ, cuius Hecatombæon cepit Nonis Iulijs; Poſideon poſterior, nam annus embolimæus eſt, Neomeniam habuit pridie Kalendas Ianuarias. Hunc annum decimum Enneadecaeteridis Metonicæ cepiſſe docet noſter Cenſor anno, vt numerat, Periodi Iulianæ 4291. quod verum quidem de anno decimo primæ Enneadecaëteridis Metonicæ; ſed nos, ne verbo quidem, deſignauimus actum eſſe hoc drama anno illo decimo primæ Enneadecaëteridis; ſed indicauimus, Poëtam

fabulam hanc docuiſſe, cùm vulgo obtineret Enneadecaëteris Metonis; atqui tunc temporis non vſurpabatur, vide *Nubes* Ariſtophanis, quæ decimo hoc anno primæ Enneadecaëteridis Metonis ſunt commiſſæ, Amynia Athenis Prætore: Ergo non hoc primæ Enneadecaëteridis decimo anno, ſed ſecundæ, ſi fortè, aut tertiæ productum eſt in ſcenam drama Rheſus: Quanquam in his non aduerſabimur noſtro Cenſori, ſed de anno decimo primæ Enneadecaëteridis Metonis agemus. Vertebat annus ab Orbe condito, vt nos numeramus, termilleſimus quingenteſimus viceſimus ſeptimus, literâ Dominicali F, Cyclo Solis VII, Lunæ XVI. Quare Nouilunium commiſſum eſt tertio Kalendas Ianuarias, ſiue die triceſimo Decembris eiuſdem anni cIɔ cIɔ cIɔ Iɔxxvii. Atque ex his conficiemus Vergiliarum occaſum, non autem ortum à Poëta Tragico deſcribi; ſed quædam hic præmittenda ſunt. Vigiliæ, quæ plures erant, in ſua æqualiter diſtinguebantur tempora; quinque autem facit Vigilias noſter Poëta hoc loco:

ἡμι. Τὶς ἐκηρύχθη πρώτην φυλακήν;
ἡμα. Μυγδόνος υἱόν φασιν Κόροιβον.
ἡμι. Τίς γὰρ ἐπ' αὐτῷ;
ἡμι. Κίλικας Παιόνων στρατὸς ἤγειρεν.
ἡμι. Μύσοι δ' ἡμᾶς.
ἡμι. Οὐκοῦν Λυκίους πέμπτην φυλακήν,
Βλύζας ἐγείρειν
Καιρὸς κλήρου κατὰ μοῖραν.

Quinque habes Vigilias, prima fuit Cilicum, Pæonum altera, tertia Myſorum, quarta eorum qui hoc dramate

dramate inducuntur, quinta Lyciorum futura est: Ex his verò, quæ quarta hac Vigilia gesta referuntur toto dramate, colligere facile est, noctem non fuisse affecti veris, vel æstatis ineuntis; nam & excitatur Hector à Vigilibus, & concilium Troïanorum Principum, qui in exercitu, cogitur, & Dolon castra Græcorum exploratum mittitur, & præterea iam illum rediisse tempus erat, vt ex his, quæ à Vigilibus istis dicuntur in ijs quæ paullo post sequuntur;

ἡμι. Τί ποτ' οὐ πελάθει σκοπὸς, ὃν ναῶν
Ἕκτωρ ὤτρυνε κατόπταν;
ἡμι. Ταρβῶ, χρόνιος γὰρ ἄπεστιν.
ἡμι. Ἀλλ' εἰ κρυπτὸν λόχον εἰσπεσὼν
Διόλωλε, τάχ' ἂν εἴη φοβερόν.
ἡμι. Αὐδῶ Λυκίοις πέμπτην φυλακὴν
Βαίνειν ἐγείραντας
Ἡμᾶς, κλήρου κατὰ μοῖραν.

Non minus autem, quàm trihorij fere interuallum tot rebus gerendis par esse potuit; demus tamen duas horas æquinoctiales fuisse satis; hinc sequetur noctem fuisse horarum decem, siquidem quinque Vigiliæ, quarum quarta per binas minimùm horas æquinoctiales excubauit, tempora æqualiter distinguebant. Tot verò horarum æquinoctialium nox non erat per illam anni, cui hanc νυκτεγερσίαν adscribit Vranologus, tempestatem: Adde quod, si Vergiliæ, antequam quarta Vigilia reuocaretur, ortæ sunt, duabus horis Solem præcesserunt, ac proinde hic ortus earum matutinus non est. Optimè verò ista omnia conspirant in nostram sententiā.

Acta est fabula, vt diximus, anno decimo Enneadecaëteridis Metonis Liberalibus τοῖς κατ' ἀγρού, siue vicesimo tertio, aut vicesimo quarto die mensis Posideonis τοῦ δευτέρου, qui interkalaris non est: Cadit dies vicesimus quartus Posideonis τοῦ δευτέρου huius anni in diem decimum Kalendas Februarias, siue vicesimũ tertium Ianuarij: Hunc Ianuarium esse anni Periodi Iulianæ 4292. edixit Vranologus, & nos vltro concedimus, vt illo vti non irato liceat: Quare die vicesimo tertio Ianuarij anni Orbis conditi termillesimi quingentesimi vicesimi octaui Posideonis dies fuit vicesimus quartus, eoque productum est drama Rhesus: Eo die, horis septem ante Solis exortum, id est, media nocte, Vergiliæ occiderunt: Horis tribus & paullo plus ante Solem exorta est Aquila; hoc tempus circumscribit noster Poëta è Vigilum persona, qui quartæ suæ Vigiliæ definiunt tempus ab occasu Vergiliarum ad ortum Aquilæ:

> Τίνος ἁ φυλακά; τίς ἀμείβει
> Τὴν ἐμὴν πρῶτα;
> Δύεται σημεῖα καὶ ἑπτάποροι
> Πλειάδες αἰθέριαι.
> Μέσα δ' αἰετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.

Malè interpungitur secundus versus: Nam τὸ πρῶτα non potest referri ad præcedentia, τίνος ἁ φυλακά; τίς ἀμείβει τὴν ἐμάν; quarta enim erat hæc Vigilia; non igitur cum illa reuocaretur, altera Vigilia Lyciis πρῶτα committebatur; distinguo itaque hoc modo;

> Τίνος ἁ φυλακά; τίς ἀμείβει
> Ταὶ ἐμαί; πρῶτα

Δύεται σημεῖα καὶ ἑπτάποροι
Πλειάδες αἰθερίαι.
Μέσα δ' ἀετὸς οὐρανοῦ ποτᾶται.

Nox erat horarum circiter quatuordecim ; itaque ſingulæ Vigiliæ per tres pæne horas excubabant. Quare circa illud, quo Vergiliæ occidebant, tempus quarta Vigilia commiſſa eſt, reuocata verò paullo poſt ortum Aquilæ ; cùm igitur, inquit Vigilum Chorus, Vigilia quarta nobis commiſſa eſt, primùm occidebant Vergiliæ : iam verò orta eſt Aquila ; itaque tempus eſt, vt reuocemur, & quinta Lyciis, quam ſortiti ſunt, Vigilia committatur. Erat verò vltimus Lunæ quadrans, quo tribus circiter ante Solem horis oritur. Atque hæc eſt noſtra ſententia, quam paucis indicauimus, ne quis ἀπειροτεξίαν nobis obiiciat, quaſi id nos latuerit, quod eos non fugit, qui nondum ære lauantur, Athyr Nouembrem eſſe, non Ianuarium.

CAPVT XXI.

EXISTIMARVNT Viri Incomparabiles Iulianum Antiochenſium annum cepiſſe Kalendis Octobris ; ſed exempla contraria adſtruunt. Nam Canone XX. Antiochenæ Synodi dies decimus Hyperberetæi comparatur cum Idibus ſiue quintodecimo Octobris die ; τὴν δὲ δευτέραν σύνοδον γίνεσθαι Εἰδοῖς Ὀκτωβρίοις, ἥτις ἐστὶ δεκάτη Ὑπερβερεταίου. Si dies decimus Hyperberetæi eſt quintus decimus Octobris, primus dies Hyperberetæi non cadet in Kalen-

das Octobris. Rursum Euagrius Lib. IV. cap. IX. scribit Iustinianum Imperatorem renuntiatum esse à Iustino, die primo Xanthici: τούτῳ τοῦ Ἰουστίνῳ ὄγδοον ἔτος τῆς βασιλείας ἄγοντι ἐννεά τε μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις Ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ συμβασιλεὺς ἀναῤῥηθεὶς τῇ πρώτῃ τοῦ Ξανθικοῦ, ἤγουν Ἀπριλλίου μηνός. Qui Euagrio est primus Xanthici dies, idem est Theophani, quem MS. habemus, dies quartus Aprilis, in quem hoc anno incidit solenne Paschatis; vnde si quartus Aprilis dies cum primo Xanthici comparatur, sequitur primum Hyperberetæi diem in Kalendas Octobris non cadere. Verba Theophanis hæc sunt: τοῦ δ' Ἀπριλλίῳ μηνὶ δ, τῆς αὐτῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος, ἑορτῇ τοῦ Πάσχα, ἀσθενήσας ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος προεχειρίσατο ἐπὶ ζωῆν εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιόν. Annus erat Christi Dionysianus quingentesimus vicesimus septimus, Mauortio solo Cos. Cyclo Lunæ XV. Solis IV. literâ Dominicali C, Neomenia Paschalis die Martij decimo nono: Quartadecima Kalendis Aprilibus, feriâ quintâ. Ergo Pascha celebratum est die quarto Aprilis, vt habet Theophanes, idémque erat primus Xanthici, teste Euagrio. Verè autem obseruauit Illustris Heros primum annum Iulianum Antiochensium eum fuisse, qui primus quoque fuit Iulianus: nam D. Iulius Edicto omnibus orbis Romani populis hanc anni formam imperauit, quàm videntur, vt primùm imperata est, cupidè admisisse Antiocheni, studiosi, vt qui plurimùm, partium Cæsarianarum. Primus annus Iulianus est Orbis conditi termillesimus nongentesimus quintus; itaque ce-

pit annus Antiochenorum Lunaris, qui factus est Iulianus ab autumno anni præcedentis termillesimi nongentesimi quarti.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	☉.	☽.
3904.				
3865.				
39.	249.	3.	16.	13.
3865.		5.	4.	
	249.	1.	20.	13.

Cepit igitur die sexto Septembris Iuliani anni termillesimi nongentesimi quarti, feriâ primâ, qui dies erat decimus octauus Octobris Romani anni *Confusionis*. Erat autem hic annus embolimæus; quare insuper habuerunt primum Hyperberetæum, qui embolimus fortè est, & numerare ceperunt ab altero Hyperberetæo, cuius Neomenia in sextum Octobris Iuliani diẽ incidit anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄcccciv. Atque hinc cepit primus Iulianus Antiochensium, qui duodecim mensibus tricenûm dierum singulis, & ἐπαγομένοις diebus quinque in anno communi, & sex in bissextili, explicatur: En autem huius anni typum.

ANNVS ANTIOCHENSIVM IVLIANVS.

MENSES ANTIOCHENSIVM.	DIES IN QVIBVS INCIPIVNT.
Hyperberetæus.	VI. Octobris.
Dius.	V. Nouembris.
Apellæus.	V. Decembris.
Audynæus.	IV. Ianuarij.
Peritius.	III. Februarij.
Dyſtrus.	V. Martij.
Xanthicus.	IV. Aprilis.
Artemiſius.	IV. Maij.
Dæſius.	III. Iunij.
Panemus.	III. Iulij.
Lous.	II. Auguſti.
Gorpiæus.	Kalendæ Septembris.
Ἐπαγόμεναι.	Kalendæ Octobris.

Suſpicionem noſtram duo illa exempla probant, quæ adduximus è Canone XX. Antiochenæ Synodi, & Euagrio: Canone enim illo *Eidus Octobreis* comparantur cum die *decimo Xanthici*: Cepit ergo *Xanthicus* die *ſexto Octobris*. Apud Euagrium verò *Xanthici primus* dies idem eſt, cum *quarto Aprilis*, authore Theophane, quod habes in noſtro Diagrammate. Atque ex his prætereà conſtat menſes hos triginta dierum fuiſſe; nam à die ſexto Octobris ad tertium Aprilis, vtroque termino incluſo, dies ſunt centum octoginta, qui per

triginta diuiſi dant menſes ſex.

Fuerunt quoque menſes, qui dicuntur Epiphanio κατὰ Σύροις εἴτουν Ἕλληνας, planè cum Romanis cōuenientes, de quibus iam, Deo dante, eſt agendum. Cùm annus à D. Iulio ordinatus eſſet, negligentia Pontificum confuſus rurſum atque turbatus eſt: Nam cum per annos ſex & triginta nouem dies tantùm ſufficere debuiſſent, duodecim ſunt interkalati: id deprehenſum Auguſtus, Martio Cenſorino, Caïo Aſinio Gallo Coſſ. anno Iuliano triceſimo octauo, reformauit, iuſſitq; annos duodecim ſine interkalatione decurrere, vt tres illi dies, qui vltra nouem neceſſarios fuerant interkati, hoc modo poſſent repenſari, & omnem hunc à ſe conſtitutum ordinem æreæ tabulæ ad æternam cuſtodiam inciſioni mandauit, vt eſt apud Solinum & Macrobium. Tranſmiſſis his duodecim annis, *Syros* ſiue *Græcos*, quos appellat Epiphanius, ab ipſis Kalendis Ianuariis Iulianis anni Orbis conditi termilleſimi nongenteſimi quinquageſimi quarti, qui erat Chriſti Dionyſianus quintus, Iulianus quinquageſimus, Cyclo Lunæ VI, Solis XIV, literâ Dominicali D, *Syros*, inquam, ab his Kalendis admiſiſſe anni formam Iulianam coniectura noſtra eſt; nam Audynæi Neomenia tunc incidit in Kalendas ipſas Ianuarias.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	☉	☽
3953.				
3941.				
12.	247.	3.	17.	5.
3941.		2.	24.	
	247.	5.	13.	5.

Annus hic embolimæus eſt, adde igitur quatuor menſes, quorum tres ſint pleni, nempe Hyperberetæus interkalaris & ordinarius, itémque Apellæus, vnus cauus, Dius ſcilicet, Neomenia Audynæi cadet in Kalendas Ianuarij anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ CCCCLIV. Nam quanquam annus præcedens Cyclo emendato ſit biſſextilis, Cyclo vitioſo fuit communis, ac proinde dierum tantùm trecentûm ſexaginta quinque. Hinc igitur exſurgit Iulianus *Syrorum* annus, quorum menſes totidem ſunt dierum, quot ſunt Romani: En illius anni Diagramma.

ANNVS SYRORVM IVLIANVS.

MENSES SYRORVM.	ROMANORVM.	NVMERVS DIERVM.
Audynæus.	Ianuarius.	XXXI.
Peritius.	Februarius.	XXVIII.
Dyſtrus.	Martius.	XXXI.
Xanthicus.	Aprilis.	XXX.
Artemiſius.	Maïus.	XXXI.
Dæſius.	Iunius.	XXX.

Panemus

Panemus.	Iulius.	XXXI.
Lous.	Augustus.	XXXI.
Gorpiæus.	September.	XXX.
Hyperberetæus.	October.	XXXI.
Dius.	Nouember.	XXX.
Apellæus.	December.	XXXI.

Menses hos merè Iulianos esse probat, exempli gratia, quòd dies sextus Ianuarij apud Epiphanium comparatur cum sexto Audynæi, & dies octauus Nouēbris cum octauo Dij: ergo menses non sunt tricenarij: Nam à Kalendis Ianuarij ad diem vltimum Octobris dies sunt, vtroque termino incluso, trecenti quatuor, quibus per triginta diuisis, quatuor reliquantur. Eodem quoque anno termillesimo nongentesimo quinquagesimo quarto cepit annus Iulianus Macedonum, sed non à Kalendis Ianuariis, verùm à die vicesimoquinto mensis Augusti, in quem diem cadebat Gorpiæi Neomenia, quia eo anno alter Hyperberetæus interkalatus fuerat in Periodo Macedonum & Syromacedonum, sed ex embolimæo anno communem fecerunt: itaque Hyperberetæus successit in locum Gorpiæi, inciditque eius Neomenia in vicesimumquintum Augusti diem: Nam ceperat annus Macedonum Lunaris die quarto Septembris anni cIↄcIↄcIↄIↄccccLIII. Adde modum anni Lunaris ὑπερήμερον propter embolimum mensem, qui triginta diebus explicatur, omnino Neomenia Hyperberetæi cadet in vicesimumquintum Augusti mensis diem anni cIↄcIↄcIↄIↄccccLIV.

Capvt XXII.

Tyriorvm Iulianus annus planè diuersus est, quod ad initium attinet; en tibi eius typũ, sed vitiosissimum, quem è veteri Manuscripto Kalendario V. C. Henricus Stephanus descripsit.

ΚΑΤΑ. ΤΥΡΙΟΥϹ.

Αὐδυναῖος.	ἡμερῶν λ.	Ianuarij XV.
Περίτιος.	ἡμερῶν λ.	Februarij XIV.
Δύστρος.	ἡμερῶν λ.	Martij XVIII.
Ξανθικός.	ἡμερῶν λα.	Aprilis XVI.
Αρτεμίσιος.	ἡμερῶν λα.	Maij XVIII.
Δέσιος.	ἡμερῶν λα.	Iunij XXII.
Πάνεμος.	ἡμερῶν λα.	Iulij XXI.
Λῷος.	ἡμερῶν λ.	Augusti XVIII.
Γορπιαῖος.	ἡμερῶν λ.	Septembris XIX.
Υπερβερεταῖος.	ἡμερῶν λ.	Octobris XIX.
Δίος.	ἡμερῶν λ.	Nouembris XVIII.
Απελλαῖος.	ἡμερῶν λ.	Decembris XVIII.

ὁμοῦ Σελήνης ἡμέραι ϛ. ἐπακταί.

Vbi venerunt Tyrij in potestatem Alexandri Magni, anni Lunaris, qui apud Macedonas tunc obtinebat, formam admisisse adeo verisimile est, vt id facilè sinam mihi persuaderi: Ea autem anni forma erat Cleostratea & Periodus Octaëteris, vt in superioribus diximus, cuius primus annus cepit die septimo Octobris anni Orbis conditi termillesimi quadringente-

ſimi triceſimi ſeptimi. Auguſtus Edicto iuſſit anni Iuliani typum vſurpari anno termilleſimo nongenteſimo quadrageſimo ſecundo: Expectarunt autem Macedones & Syromacedones, vt tranſmiſſi eſſent duodecim illi anni, quos ſine interkalatione decurrere voluit Auguſtus, antequam eum annum vſurparent: Tyrij vero, vbi Edictum illud Auguſti eſt promulgatum, ſtatim annum Iulianum admiſerunt, & ſuum annum vertentem ad hunc typum interpolarunt atque recentarunt. Annus erat termilleſimus nongenteſimus quadrageſimus ſecundus Orbis conditi, quo Edictum ſuum propoſuit Auguſtus de anno Iuliano; vertebatque annus octauus Octaëteridis Macedonicæ, qui ceperat die decimonono Octobris anni termilleſimi nongenteſimi quadrageſimi primi; hinc repetendum ſibi putarunt Tyrij anni Iuliani typum; ſtatueruntque Neomeniam ſui Hyperberetæi Iuliani die decimonono Octobris; atque hic fuit anni Tyriorum Iuliani typus.

ANNVS TYRIORVM IVLIANVS.

MENSES TYRIORVM.	DIES IN QVIBVS INCIPIVNT.
Hyperberetæus.	XIX. Octobris.
Dius.	XVIII. Nouembris.
Apellæus.	XVIII. Decembris.
Audynæus.	XVII. Ianuarij.
Peritius.	XVI. Februarij.
Dyſtrus.	XVIII. Martij.
Xanthicus.	XVII. Aprilis.

Artemiſius.	XVII.	Maij.
Dæſius.	XVI.	Iunij.
Panemus.	XV.	Iulij.
Lous.	XV.	Auguſti.
Gorpiæus.	XIV.	Septembris.
Ἐπαγόμεναι.	XIV.	Octobris.

Has Ἐπαγομένας iſtis intelligi verbis, ὁμοδσελλώνης ἡμέραι ς. ἐπακταὶ, mihi non eſt dubium, ſed leuiter corruptus eſt locus, emendo ὁμοῦ Ἑλλώνες. ἡμέραις. Ἐπακταί. Eoſdem, inquit, menſes habent Græci, quod verum eſt, & teſtatur V. C. Henricus Stephanus in alio codice his menſibus præſcribi. Καθ' Ἑλλώνας. *Epagomenas* verò dicit eſſe ſex, nempe anno biſſextili, cuiuſmodi fuit annus Iulianus triceſimus ſeptimus, quo cepit hic annus Tyriorum; nã in anno communi erant tãtum quinque *Epagomenæ:* Exemplum huius anni habes in Actis Concilij Tyrij celebrati anno Chriſti Dionyſiano quadringenteſimo quadrageſimo octauo, quæ leguntur Actione IX, Synodi Chalcedonenſis: μετὰ τὴν Ὑπάτειαν Φλαυίου Ζήνωνος καὶ Ποσουμιανοῦ τῶν λαμπροτάτων, πρὸ πέντε Καλανδῶν Μαρτίων, ἐν κολωνίᾳ Τύρῳ λαμπροτάτῃ μητροπόλει Ὑπατικῇ, ἔτους τετάρτου ἑβδομηκοστοῦ πεντακοσιοστοῦ, μηνὸς Περιτίου δεκάτῃ, κατὰ Ῥωμαίους Φεβρουαρίου πέμπτῃ καὶ εἰκάδι, Ἰνδικτιῶνος πρώτης. Vides hic *decimum Peritij* diem eſſe viceſimumquintum Februarij; ergo *Peritius*, vt habes in noſtro Laterculo, die ſextodecimo menſis Februarij cepit.

Cap. XXIII.

GAZENSIVM annum merè Actiacum fuisse, appellationibus mensium Macedonicis, mensibus tricenariis, sententia est viri summi. Marcus Ecclesiæ Gazensis Diaconus, in Actis Porphyrij Gazensis Episcopi, Dium Nouembrem vocat, Apellæum Decembrem. Idem scribit Gazenses celebrasse *Theophaniorum* diem vndecima Audynæi, quæ est sexta Ianuarij Iuliani, se autem redisse Constantinopoli, Xanthici vicesimatertia, quam ait fuisse decimam octauam Aprilis secundùm Romanos; quibus ostendit formam illius anni merè Actiacam fuisse, mensibus tricenariis, appellationibus Macedonicis. Verùm non possumus ire in sententiam Illustris viri, quia, si annum Actiacum à Gazensibus vsurpatum concedamus, Hyperberetæus non esset caput anni, sed Gorpiæus, cuius Neomenia cadit in vicesimumnonum Augusti diem, Hyperberetæi verò in vicesimumoctauum Septembris. Atqui certum est in mensibus Macedonicis semper principem fuisse Hyperberetæum. Præterea quonam anni typo vsi erunt Gazenses, cuius Neomenia Gorpiæi cadat in hunc vicesimumnonum Augusti diem? Certum est illis vsurpatam fuisse Periodum Syromacedonum, quæ hæc non admittit: itaque videndum iam nobis restat, quando factum sit, vt Gazenses, repudiato anno Lunari Periodico, Iulianum admiserint: Gaza fuit olim sub He-

rodis Magni imperio, quanquam esset Græcæ religionis, non Iudaïcæ; atque eadem etiam attributa est Archelao Herodis F. ab Augusto, qua de re insignis est locus Iosephi L. XVII, cap. XIII. τὰ δὲ Ἀρχελάῳ συντελοῦντα, Ἰδουμαία τε καὶ Ἰουδαία, τό, τε Σαμαρικόν. καὶ ἦσαν πόλεις αἱ Ἀρχελάῳ ὑποτέλειαι, Στράτωνός τε πύργος, καὶ Σεβαστὴ σὺν Ἰόππῃ καὶ Ἱεροσολύμοις. Γάζα γὰρ καὶ Γάδαρα, καὶ Ἵππος, Ἑλληνίδες εἰσὶ πόλεις. ἀπορρήξας αὐτὰς τῆς ἀρχῆς ἕως Συρίας προσθήκην ποιεῖται. Sensus est, meo iudicio, has vrbes *Gazam*, Gadara, & Hippon, quanquam essent Græcæ religionis, permissas fuisse ab Augusto imperio Archelaï, quemadmodum olim fuerant Herodis. dicit autem *Gazam*, Gadara, & Hippon, accessisse ditioni Archelaï, quia hæ vrbes neque Idumææ, neque Iudææ proprie dictæ, neque agri Samaritici erant, quanquam fuissent ditionis Herodis Magni. Iudæos autem non admisisse anni Iuliani formam nobis persuasum est, etiam vbi aliis gentibus est imperata; nam Palæstinos, id est, Iudæos adhuc sua ætate anno Lunari vsos fuisse testis est Galenus: τοῖς γὰρ κατὰ Παλαιστίνην ἀριθμοῦσιν, οἱ δώδεκα μῆνες, ἀριθμὸς ἡμερῶν γίνονται τνδ'. Annum quoque Lunarem vsurpatum fuisse ab iis, qui sub eorum viuebant imperio, neque erant Iudaïcæ, sed Græcæ religionis, nempe Syromacedonicum annum. exemplo sint Gazenses, qui non admiserunt eodem tempore, quo ceteri Syromacedones, annum Iulianum, quia Iudæis parebant, sed tantum ex quo, pulso in exilium Archelao, Iudæa in Prouinciæ formam est redacta; tunc enim Græci, qui ditionis Ar-

chelai fuerant, vsurpare ceperunt annum Iulianum: Archelaus Viennam Allobrogum relegatus est anno Christi Dionysiano septimo, siue ab Orbe condito termillesimo nongentesimo quinquagesimo sexto: verùm ob turbas, quas dedit Iudas Gaulonites, non videtur à Gazensibus admissus anni Iuliani modus ante annum termillesimum nongentesimum quinquagesimum nonum, Cyclo Lunæ vndecimo, Solis decimo nono, litera Dominicali E. Nam Hyperberetæus cepit hoc anno cIↃcIↃcIↃIↃccccLIX, die vicesimo octauo Septembris, feria prima.

ANNI.	DIES.	FERIÆ	☉.	☾.
3959.				
4941.				
18.	271.	6.	23.	11.
3941.		2.	24.	
	271.	1.	19.	11.

Atque hinc cepit annus Gazensium Iulianus hoc ordine:

ANNVS GAZENSIVM IVLIANVS.

MENSES GAZENSIVM.	DIES A QVIBVS INCIPIVNT.	
Hyperberetæus.	XXVIII.	Septembris.
Dius.	XXVIII.	Octobris.
Apellæus.	XXVII.	Nouembris.
Audynæus.	XXVII.	Decembris.

Peritius.	XXVI.	Ianuarij.
Dyſtrus.	XXV.	Februarij.
Xanthicus.	XXVII.	Martij.
Artemiſius.	XXVI.	Aprilis.
Dæſius.	XXVI.	Maij.
Panemus.	XXV.	Iunij.
Lous.	XXV.	Iulij.
Gorpiæus.	XXIIII.	Auguſti.
Ἐπαγόμεναι.	XXIII.	Septembris.

Optimè conuenit cum Marci Gazenſis calculo: Nam vndecima Audynæi eſt ſexta Ianuarij, & rurſum viceſima octaua Xanthici eſt decima octaua Aprilis Iuliani.

SAMVELIS

SAMVELIS PETITI
ECLOGÆ
CHRONOLOGICÆ
LIBER V.
DE ANNO ET PERIODO VETERVM ROMANORVM.
CAPVT I.

MVLTA, eáque eximia Illustrissimus Heros in diuino de Emendatione Temporum opere, obseruauit de Romanorum anno, eiúsque modo; sed quominus in eius sententiam eamus, & Periodum à Romanis, quam illis adscribit, vsurpatam fuisse nobis persuadeamus, facit quod non conueniat cum minore Romanorum Periodo, id est, Lustro, quod erat quinque annorum interuallum, sed in partes secet: Deinde nullus interkalaris mensis omittebatur, quod tamen in hac Periodo omninò necessum est fieri, nullum *Merkedonium*

omitti testis est omni exceptione maior T. Liuius Historiâ I. de Numa agens: *Atque omnium primum ad cursum Lunæ in duodecim mensibus describit annum: Quem, quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido anno, qui Solstitiali circumagitur orbe, interkalares menses interponendo, ita dispensauit, vt* vicesimo *quoque anno ad metam eandem Solis, vnde orsi essent, plenis annorum omnium spatiis, dies congruerent.* Liuius vocat *plena spatia* interkalationes *Merkedonij* mensis, quibus inania spatia anni Romani explentur, vt cum Solstitiali cursu æquentur. Omnium verò annorum plena fuisse spatia asserit: Ergo nullus fuit annus embolimæus, cui interkalaris mensis non sit interpositus, ac proinde *Merkedonius* nullus omissus est: Plena autem sunt omnium annorum spatia, etiamsi decem dies è tribus mensibus deducantur, quia anni diebus tantum aliquot, non autem aliquo mense sunt decurtati: itaque plena sunt omnium annorum spatia, quia nulli desunt menses. Sed quomodo fiet, vt anni tempestates in alias sedes non transducantur, si duo dies singulis bienniis supra rationes Solis succrescant? Minor Romanorum Periodus fuit annorum quinque, *Lustrum* appellant: E duobus *Lustris* conflata est maior Periodus *annorum decem*, intra quam Solis rationes cum Romanorum anno pariant & exæquantur. Periodum fuisse *annorum decem* probat maximè Liuij locus, vt infra, Deo dante, dicemus: Ea vero illius est ratio: Singulis bienniis *Merkedonius* mensis interkalatur, vigintiduorum aut viginti trium dierum

alternis : Atque ita in hac *decem annorum* Periodo quinquies interkalatur *Merkedonius*. At vero, cùm intra hoc decennium dies decem ſuccreſcant ſupra rationes Solis, huic malo medicina facta eſt hoc modo : Ex anno nono exemti ſunt dies decem : meminit huius ἐξαιρέσεως Macrobius his verbis: *Verùm fuit tempus, cùm propter ſuperſtitionem interkalatio omnis omiſſa eſt; nonnunquam verò per gratiam Sacerdotum, qui cum publicanis proferri vel imminui conſultò anni dies volebāt, modò auctio, modò retractio dierum proueniebat, & ſub ſpecie obſeruationis emergebat major confuſionis occaſio.* Quanquam enim obſeruet Macrobius, iſta facta fuiſſe per Sacerdotum gratiam, tamen hinc conſtat obſeruatum fuiſſe è more dies aliquot anni imminuere & retrahere, quemadmodum moris quoque erat, nonnullos interkalare : Retractio autem iſta dierum erat, non quidem menſis *Merkedonij*, (neque id dicit Macrobius, ſed contrarium potius, nam obſeruat dies eſſe retractos, qui alïoqui numerati fuiſſent, quippe qui anni illius eſſent ſine vlla interkalatione, niſi Pontifices interceſſiſſent & illos retraxiſſent; at verò *Merkedonius* menſis non interkalabatur niſi ex eorundem Pontificum auctoritate.) plena enim erant menſium interkalarium ſpatia, ſed in tribus menſibus anni, nempe *Quintili, Septembri,* & *Nouembri*, è menſe *Quintili* dies eximebantur *quatuor*, è *Septembri* vero *tres*, è *Nouembri* denique *totidem* : atque ita annus imminuebatur diebus *decem*; qui, meo iudicio, appellantur in veteri illo Kalendario Romano MERKEDONII, id enim

ſignificat, vt volunt viri magni, nota MER-KED. quæ quibuſdam diebus menſis *Quintilis*, *Septembris*, & *Nouembris*, adſcribitur in illo Kalendario: factáque eſt appellatio MERKEDONII communis menſi, qui interkalabatur, & diebus, qui eximebantur. neque id ſine cauſſa: Nam non minus conducit hæc dierum aliquot exæreſis ad exæquandum & conciliandum annum Romanum cum rationibus Solis, quàm embolimi menſis interkalatio, indeque τὸ MERKEDONIVS nomen accepit: nam Μερκηδόνιος eſt παρὰ τὸ μὴν, Æolicè μεὶς, in veteri Latio MER, & κηδέω, vnde κηδόνιος. Nam de exæquando anno Romano cum Sole ſolliciti ſunt, qui vel menſem embolimum interkalant, vel dies de menſibus eximunt. Sed in Kalendario Romano malè quadratarius quinquies adſcripſit notam MERK. in menſe *Quintili*: quatuor enim tantùm erant in menſe Quintili MERKEDONII dies. Præterea neque in hoc menſe, neque in duobus item aliis, adſcripti ſunt ſuis locis hi dies: Apponenda enim eſt hęc nota diebus tantùm illis, qui à Nonis ad Eidus numerantur; ratio in promptu eſt, quia definitus eſt Nonarum & Kalendarum numerus, vt conſtat è Macrobio: (nam quanquam menſes nonnulli plures numerent Nonas aut Kalendas, quàm alij, numerus tamen illarum certus eſt, & perpetuæ obſeruationis, ita vt, qui Nonas habet quintanas, qui ſeptimanas, totidem ſemper habeat; quod de Eidibus dici non poteſt, quia non idem ſemper earum numerus in quibuſdam menſibus, cùm ex illo ſe-

mel atque iterum in annorum XX. Periodo dies aliquot eximerentur.) Quintilis enim ſeptimanas Nonas, September & Nouember quintanas habebant: in omnibus verò ad ſeptemdecim Kalendæ computabantur. Eximendi igitur fuerunt dies, qui à Nonis ad Eidus numerantur, ſed tamen mihi certum eſt atque indubitatum, diem ipſum Eidus exemtum non fuiſſe, oportebat enim numerari Eidus ipſas. Nonum verò annum Periodi ἐξαιρεσιμαῖον facimus, non tantùm rationibus moti, quæ è ſuperioribus poſſunt colligi, ſed etiam exemplo admodum illuſtri, de quo in ſequentibus, σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν, dicemus: atque ita annus nonus habebat tantùm dies trecentos quadraginta quinque: En autem Periodi Diagramma.

PERIODVS ROMANORVM ANNORVM DECEM.

ANNI ROMANI.			ANNI SOLARES.		
PERIODI.	DIES COLLECTI.	SVPERFLUI.	HORÆ.	DIES COLLECTI.	HORÆ.
I.	355.	11.	6.	365.	6.
Embol. II.	732.	0.	12.	730.	12.
III.	1087.	11.	18.	1095.	18.
Embol. IV.	1465.	0.	0.	1461.	0.
V.	1820.	11.	6.	1821.	6.
Embol. VI.	2197.	0.	12.	2191.	12.
VII.	2552.	11.	18.	2556.	18.
Embol. VIII.	2930.	0.	0.	2922.	0.
Ἐξαιρ. IX.	3275.	11.	6.	3287.	6.
Embol. X.	3652.	0.	12.	3652.	12.

Quod verò Liuius docet, viginti annorum fuiſſe Periodum, nihil aduerſum nos facit, imò contra validè noſtram confirmat ſententiam, de annorum decem Periodo: Nam cùm ſimplex Periodus eſſet annorum decem, duas coniungit, quia duodecim horæ ſuperſunt ſupra rationes anni, vt videre eſt in Tabella, quæ nunquam, niſi alteris decem annis, poſt quos nihil relinquitur, exæquabuntur, vt hic habes:

ALTERA PERIODVS.

ANNI ROMANI.					ANNI SOLARES.	
	PERIODI.	DIES COLlecti	SVPERflui.	HORÆ.	DIES COLlecti.	HOræ.
	XI.	355.	11.	18.	365.	18.
Embol.	XII.	732.	0.	0.	730.	0.
	XIII.	1087.	11.	6.	1095.	6.
Embol.	XIV.	1465.	0.	12.	1461.	12.
	XV.	1820.	11.	18.	1821.	18.
Embol.	XVI.	2197.	0.	0.	2191.	0.
	XVII.	2552.	11.	6.	2556.	6.
Embol.	XVIII.	2930.	0.	12.	2922.	12.
Εξαιρ.	XIX.	3275.	11.	18.	3287.	18.
Embol.	XX.	3652.	0.	0.	3652.	0.

Redit hoc modo ad eandem Sol metam, vnde orſi erant Romani, nec quicquam relinquitur, & qui primus rurſum interkalatur *Merkedonius* eſt dierum viginti duorum: atque id docet Liuius his verbis: *Quem, quia tricenos dies ſingu-*

lis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido anno, qui Solstitiali circumagitur orbe, interkalares menses interponendo, ita dispensauit, vt vicesimo *quoque anno ad metam eandem Solis, vnde orsi essent, plenis annorum omnium spatiis, dies congruerent.* Nuperus scriptor negat legendum esse, *vt vicesimo quoque anno*, & malè à nobis ita emendari & reponi contendit, cùm vera & germana lectio sit, *vt vicesimo quarto quoque anno.* At contra illud *vicesimo quarto* est à correctorum manu, primusque puto, M. Antonius Sabellicus, ausus est ita hunc locum interpolare, cùm tamen in eius Libris, quemadmodum & in Aldino codice, & in præstantissimis quibusque editionibus, legatur, *vt vicesimo quoque anno.* Vides notas V. Cl. Caroli Sigonij ad hunc locum. Sed hæc satis. Periodum asseramus illustri exemplo. Anno secundo Olympiadis nonagesimæ octauæ ineunte, Theodoto Athenis Prætore, capta est Roma à Gallis Senonibus: id docet Polybius L. I. cui Strabo assensum præbet, L. VI. extremo: ἐγένετο τοῦτο, ὥς φησὶν Πολύβιος, ἔτει ἐννεακαιδεκάτῳ μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, κατὰ τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην. Diodorus L. XIV. eundem Archontem præscribit Theodotum anno, quo pax ab Antalcida Lacedæmoniorum nomine cum Persarum Rege inita est, & Vrbs à Gallis capta: fuit igitur annus secundus Olympiadis nonagesimæ octauæ: Idem asserit Iustinus L. VI. *Hic annus non eo tantùm insignis fuit, quod repentè pax tota Græcia facta est: sed etiam eo quòd eodem tempore vrbs Romana à Gallis capta est:* & frustrà est nuperus scriptor, qui

Polybianam putationem minùs exactam eſſe pronuntiat; non enim meliora ille, nec certiora; nam verè obſeruat Plutarchus, nihil eſſe adeò certi in aſſignando huius rei anno, vt omnis eximatur ſcrupulus: ecce enim tibi Liuium, cui neque cum putatione Polybiana, neque cum calculo nuperi ſcriptoris conuenit, vt liquidò conſtat ex eo quod Camillum vigintiquinque annos vixiſſe poſt reſtitutam ſecum patriam ſcribat L. VII. mortuum autem eſſe L. Genutio, & Q. Seruilio Coſſ. Verùm ad Polybium redeamus, cuius verba hîc deſcribenda duximus, vt obiter emendemus: ἔτος μὲν οὖν ἐνεστήκει μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν ἐννεακαιδέκατον, πρὸ δὲ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ἑκκαιδέκατον, ἐν ᾧ Λακεδαιμόνιοι μὲν τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν ἐκύρωσαν. Γαλάται δὲ κατὰ κράτος ἑλόντες αὐτὴν τὴν Ῥώμην κατεῖχον πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. Capta non eſt Vrbs per vim, vt tamen præfert hæc Polybij ſcriptura, κατὰ κράτος ἑλόντες αὐτήν: neque quiſquam veterum, quod ſciam, id memoriæ prodidit: Vide contra Liuium L. V. cuius hæc ſunt verba: *Galli, & quia interpoſita nocte à contentione pugnæ remiſerant animos, & quòd nec in acie ancipiti vſquam certauerant prælio, nec tum impetu aut vi capiebant vrbem, ſine ira, ſine ardore animorum ingreſſi poſtero die vrbem, patente Collina porta in forum perueniunt.* Vrbem tamen ingreſſi Galli eam diripuerunt, & igni ferròque vaſtarunt non minus, quàm ſi per vim cepiſſent: Liuius ibidem: *Poſt principum cædem, nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhauſtis inijci ignes:* atque idem

docet

docet Polybius, si rescribas: Γελάται δ', καθὰ κεράτος, ἑλόντες αὐτὴν, &c. hic καθὰ κεράτος idem est ac si scriptum foret, καθὰ κατὰ κεράτος. sensus verò, *perinde ac si cepissent.* Sed de his satis: Anno igitur secundo Olympiadis nonagesimæ octauæ ineunte, Theodoto Athenis Archonte, Roma à Gallis capta est. & peccat Dionysius Halicarnasseus L. I. vnius anni prochronysmo, aut confundit ineuntem annum secundum cum primo iam affecto, quod verius puto: Idque accidit Iulio mense, cuius rei auctorem habemus Plutarchum, Liuium, Tacitum, quanquam videantur dissentire de die Iulij, quo capta est Vrbs, quo item ad Aliam est pugnatum. Sed id iam non quærimus: Expendamus Plutarchi verba: De Aliensi clade ista habet in Caussis: ὅτι μετὰ τὰς Κυντιλίας Εἰδοῦς, ἃς νῦν Ἰουλίας καλοῦσιν, ἐξάγοντες οἱ Χιλίαρχοι τὸ στράτευμα, περὶ τὸν Αλίαν ποταμὸν ἐκρατήθησαν ὑπὸ τῶν Κελτῶν μάχῃ. Ecce confert Plutarchus in diẽ decimum septimum Kalendas Sextileis. Hoc tempus idẽ describit in Camillo duobus characteribus: ἐγένετο δὲ ἡ μάχη περὶ τροπὰς θερινὰς περὶ πανσέληνον. Pugnatum fuisse dicit circa solstitium, itémque plenilunio: An ex vero hos characteres apposuerit, inuestigemus, cum bono Deo. Annus erat ab Orbe condito termillesimus quingentesimus sexagesimus tertius, Cyclo Solis XV, Lunæ XIV, literâ Dominicali C. Nouilunium commissum est in Kalendario Iuliano die vicesimo octauo Iunij, feriâ secundâ.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3563.							
3496.							
67.	102.	7.	3.	20.	48.	19.	14.
3496.	11.	2.	4.	55.	28.	4.	
	90.	4.	22.	25.	20.	15.	
	88.	4.	14.	12.	10.		
	179.	2.	12.	37.	30.		

Plenilunium igitur fuit in Kalendario Iuliano die tertiodecimo Iulij, feria tertia. Idem annus erat ab Vrbe condita tercentesimus sexagesimus sextus, siue nonus Periodi nostræ, cuius initium ducimus ab anno Vrbis centesimo octagesimo octauo, qui erat annus ab Orbe condito termillesimus tercentesimus octagesimus quintus: Nonum esse patet annum Periodi, quia centesimus septuagesimus nonus annus est à primo Seruij Lustro: Est igitur annus nonus decimæ octauæ Periodi vertentis: Kalendæ Ianuariæ anni noni nostræ Periodi Kalendis Ianuarij Iuliani posteriores sunt diebus octo solidis. Quare Kalendæ Quintileis veteris huius anni cadunt in diem quintum Quintilis Iuliani, feria secunda. Sed hic annus habet ἐξαιρεσίμους dies quatuor in mense Quintili; ergo tres sunt tantùm Eidus dies: Eidus igitur Quintileis huius anni, siue vndecimus huius Quintilis dies, cadunt in quintumdecimum Quintilis Iuliani diem. Atqui tertiodecimo Quintilis Iuliani die fuit plenilunium, vt iam diximus: Postridie harum Eiduum,

id eſt, ſextodecimo Quintilis Iuliani die pugnatum eſt, περὶ τὴν πανσέληνον, vt habet Plutarchus, qui Libro de Iſide auctor eſt, die decimoſeptimo maximè apparere plenilunium : ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα τὴν Ὀσίριδος γενέσθαι τελευτὴν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσιν, ἐν ᾗ μάλιστα γῆς πληρουμένη κατάδηλος ἡ πανσέληνος. Idem autem dies poſtridie Eidus Quintileis huius anni Romani, ſiue ſextus decimus Quintilis Iuliani erat octauus à ſolſtitij ſede die octauo Quintilis Iuliani. Atq; hęc quidem, quamdiu inſtitutus à Numa turbatus non eſt ordo: Verùm Sacerdotes, quorum arbitrio interkalandi ratio erat permiſſa, ob odium vel gratiam omnia deprauarunt: itaque toties fines ſuos migrauit anni caput: Quotieſcumque autem rem in integrum reſtitui curatum eſt, hic anni modus, & dierum *Merkedoniorum* vſus reſtitutus eſt.

Vnum hìc exquirendum reſtat, quid appellet Cicero *Myſteria*, & *Myſteriorum diem*, quod maximè confirmabit noſtram ſententiam de diebus *Merkedoniis*: Libro V. ad Atticum: *Cùm ſcies Romæ interkalatum, velim ad me ſcribas certum, quo die myſteria futura ſint.* Libro VI. *Sed vt tibi placebit. Facieſque me, in quem diem Romana incidant myſteria, certiorem, & quomodo hyemaris.* Libro X V. *Et tu etiam ſcito, quo die olimpiaclum myſteria. Ilicet, vt vt res ſit, caſus conſilium noſtri itineris iudicabit. Dubitemus igitur. Eſt enim hiberna nauigatio odioſa, eoque ex te quæſieram myſteriorum diem.* Loci duo priores è Libro V. & VI, priores quoque ſunt emendatione anni Iuliani: ille vero è Libro XV, ea poſterior eſt: Neſcit autem ante emenda-

tionem Iulianam, an mensis *Merkedonius* sit interkalatus, an dies *Merkedonij* imminuti sint, & hoc vtrumque *interkalare* appellat. Quærit igitur an interkalatum sit, & exemti aut eximendi dies *Merkedonij* mensis Quintilis, & Septembris, itemque Nouembris, vnde discat, in quem diem cadant *Mysteria*, quæ nisi dies *Merkedonij* eximerentur, inciderent semper in eundem & statum Nouembris diem: at quia è Nouembri dies sunt eximendi, quod pro Pontificum arbitrio, non è Periodi lege, sæpius fiebat, quærit in quem Nouembris diem incidant *Mysteria*: Nam *Mysteria* appellat diem Nouembris, de quo Plutarchus in Marcello: τότε τοῦ πολέμου συμπεσόντος ἠναγκάσθησαν εἶξαι λογίοις τισὶν ἐκ τῶν Σιβυλλίων, δύο μὲν Ἕλληνας, ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ Γαλάτας ὁμοίως ἐν τῇ καλουμένῃ βοῶν ἀγορᾷ κατορύξαι ζῶντας, οἷς ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ Νοεμβρείῳ μηνὶ δρῶσιν Ἕλλησι καὶ Γαλάταις ἀπορρήτους καὶ ἀθεάτους ἱερουργίας. Quod verò emendato iam anno quærit de *Mysteriorum* die, factum est, quia post Cæsaris cædem, antequam Augustus manum admoueret, non videtur à Pontificibus obseruatus admodum certè religiosè hic anni modus.

CAPVT II.

VIDEO eruditissimis viris esse persuasum, eum annum, *Confusionis* appellant, qui præcessit primum annum Iulianum, fuisse dierum quadringentorum quadraginta quatuor: idque & veterum

ſcriptorum auctoritate, & exemplis ex hiſtoria petitis demonſtrare contendit Vir Illuſtris magni operis L. II, itémque I V. Sed eius ſententiæ non poſſumus accedere, quia rationes, quibus illam tuetur, nobis quidem non faciunt ſatis, vt liquidò in ſequentibus, ſi Deus dederit, demonſtrabimus.

Annum *Confuſionis* quindecim menſium facit in D. Iulio Suetonius cap. XL. *Conuerſus hinc ad ordinandum Reipublicæ ſtatum, faſtos correxit, iampridem vitio Pontificum per interkalandi licentiam adeò turbatos, vt neque meſsium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno, competerent: Annumq; ad curſum Solis accommodauit, vt trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: & interkalario menſe ſublato, vnus dies quarto quoque interkalaretur. Quo autem magis in poſterum ex* Kalendis Ianuarij *nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem & Decembrem menſem, interiecit duos alios, fuitque is annus, quo hæc conſtituebantur, quindecim menſium cum interkalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat.* Modulum hunc trium menſium Dio L. XLIII. ſcribit fuiſſe dierum ſexaginta ſeptem tantùm, & falli, qui plures dies à Cæſare, ſiue ex conſuetudine, ſiue vt in poſterum ex Kalendis Ianuariis ratio temporum congrueret, interkalatos eſſe, proderent: ταῦτά τε ἐνομοθέτησε, καὶ τὰς ἡμέρας τῶν ἐτῶν οὐ πάντῃ ὁμολογούσας σφίσι (πρὸς γὰρ τὰς τῆς Σελήνης περιόδους ἔτι καὶ τότε τοὺς μῆνας ἦγον) κατεστήσατο ἐς τὸν νῦν τρόπον, ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβαλὼν, ὅσαιπερ ἐς τὴν ἀπαρτιλογίαν συνέφερον. ἤδη μὲν γὰρ τινες καὶ πλείους ἔφασαν ἐμβληθῆναι, τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἔχει. Tres igitur menſes qui huic anno *Confuſionis* à

Cæſare ſunt adiecti, fuerunt ſinguli eiuſdem moduli, cuius erant interkalarij: nempe vnus atque alter viginti duorum dierum quiſque, tertius viginti triũ dierum. De hoc anno iſta habet Macrobius Lib. I. cap. XIV. *Ergo C. Cæſar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes qui confuſionem adhuc poterant facere, conſumſit, eaque re factum eſt, vt annus* Confuſionis *vltimus in dies* CCCCXLIV. *protenderetur.* Quod hîc habes de quadringentis quadraginta quatuor diebus, refert quoque Cenſorinus. *Adeoque aberratum eſt, vt* C. *Cæſar Pontifex Maximus, ſuo* III. *&* M. *Æmilij Lepidi Conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes interkalarios dierum ſexaginta ſeptem in menſem Nouembrem & Decembrem interponeret, cùm iam menſe Februario dies tres & viginti interkalaſſet, faceretque eum annum dierum quadringentorum quadraginta quatuor.* Sed omnino verum non eſt, duos illos menſes interkalarios, quos in menſem Nouembrem & Decembrem interpoſuit Cæſar, fuiſſe dierum ſexaginta ſeptem. Quis enim fuiſſet hic menſis modus? Neque veriſimile eſt, interkalatos fuiſſe à Cæſare menſes alterius moduli, quàm eius qui obtinebat, aut ipſe in vulgus editurus erat: & certè interkalauit tantùm, vt teſtatur Dio, dies ſexaginta ſeptem, qui diſtributi ſunt in tres menſes interkalarios Romanos, quorum vnus è conſuetudine in eum annum inciderat: alij duo à Cæſare interpoſiti ſunt in Nouembrem & Decembrem menſem, vt retro delictum corrigeret: atque ita factus eſt hic annus menſium quindecim, ſiue dierum quadringentorum viginti duorum:

neque pluribus diebus opus fuit, vt omnis confusio tolleretur, & ex Kalendis Ianuariis temporum ratio congrueret, quod his argumentis demonstratur.

Anno ab Orbe condito termillesimo octingentesimo nonagesimo sexto, qui erat annus ab Vrbe condita sexcentesimus nonagesimus nonus, L. Domitio Ahenobarbo, & Ap. Claudio Pulchro Coss. dies sextus Kalendas Octobris anni Romani incidit paulò ante æquinoctium autumnale: constat ex his M. Tullij L. IV. ad Atticum, Epistola XVII. *Ab Quinto fratre, & à Cæsare accepi A. D. IX. Kalend. Nouemb. literas confectâ Britanniâ, obsidibus acceptis, nullâ prædâ, imperatâ tamen pecuniâ, datas à littoribus Britanniæ. proximo A. D. VI. Kalend. Octob. exercitum Britannia reportabant.* Gesta ista sunt eo, quo diximus, L. Domitij Ahenobarbi & Ap. Claudij Pulchri Consulatu, & ex ante diem sextum Kalēdas Octobreis Cæsar suum exercitum Britanniâ reportauit, idque paulò ante æquinoctium autumnale: Cæsar ipse testis est L. V. de Bello Gallico: *Quas cùm aliquamdiu Cæsar frustrà expectasset, ne anni tēpore nauigatione excluderetur, quod æquinoctium suberat, necessario angustius milites collocauit, ac summam tranquillitatem consecutus, secundâ initâ cùm soluisset vigiliâ, primâ luce terram attigit, omnésque incolumes naues perduxit.* Æquinoctij nomine hîc nō intelligo illud ipsum, quod Cæsar posteà constituit, sed id potiùs, quod à Romanis obseruabatur. Quodnam autem æquinoctium fuerit ab illis adnotatum si quis à me quærat, respondebo suspicari esse illud Eudoxi: suspicionis meæ hæc ratio est, quod è Sicilia vi-

dentur accepisse Romani bello Punico primo ea quę anni tẽpestates & dierũ horas spectãt: de horologiis quidem id nominatim è Varrone docet Plinius L. VII. cap. vltimo: *M. Varro primum statutum in publico secundum Rostra in columna tradit, bello Punico primo, à M. Valerio Messala Consule Catana capta in Sicilia, deportatum inde post XXX. annos, quàm de Papyriano horologio traditur.* Habebant autem tunc Siculi in vsu Eudoxi parapegma, qui & in Sicilia & in Italia obseruauit. Ptolomæus: Εὔδοξος ἐτήρησεν ἐν Ἀσίᾳ, καὶ Σικελίᾳ, καὶ Ἰταλίᾳ. Statuit autem, vt conijcere licet è bruma & æquinoctio verno, quorum obseruationes tradidit Geminus, Eudoxus, inquam, statuit æquinoctium autumnale circiter Kalendas Octobres Iulianas. Sed hæc satis. Comparandus est igitur cum Cæsare Cicero: Cadit dies sextus Kalendas Octobreis huius anni paulò ante Kalendas Octobreis Iulianas: Erat autem hic annus embolimæus: Nam duodecimus erat Periodi nostræ Romanæ annorum viginti, vt hinc colliges: Erat annus A. V. C. sexcentesimus nonagesimus nonus: abijce è perpetua methodo annos centum octoginta septem, supersunt anni quingẽti duodecim, quibus per viginti diuisis, reliquantur duodecim: Est ergo annus duodecimus nostræ Periodi, quo anno Merkedonium parem interkalarunt, id est vigintiduos dies. Hoc igitur anno interkalari dies sextus Kalendas Octobreis est ducentesimus octagesimus quartus à Kalendis Ianuariis: Quare ratiociniis Dionis de anno *Confusionis* moti, itémque iis, quæ refert de anno V. C. septingentesimo primo, suspicamur

mur annum Consulatus L. Domitij Ahenobarbi & Ap. Claudij Pulchri cepisse die duodecimo Decembris Iulianij anni ab Orbe cõdito termillesimi octingentesimi nonagesimi quinti, diesque sextus Kalendas Octobreis huius anni cadit in diem vicesimum primum Septembris Iuliani anni ab Orbe condito termillesimi octingentesimi nonagesimi sexti: paulloque post fuit æquinoctium Eudoxi. Ne autem retro ante caput statuamus facit, quod nimis recederet ab æquinoctio dies hic sextus Kalendas Octobreis. Atqui, auctore Cæsare, *æquinoctium tunc suberat.* Quod verò Vranologus asserit sub Augusti Iuliani finem Cæsarem potuisse id consilij capere, nobis non potest probari, quia pauci tantum dies ad æquinoctium supererant, vt vel inde constat, quod angustiùs milites collocauit, nempe vel paululum moratus nauigatione exclusus fuisset ob anni tempus, quod solet excipere æquinoctium.

ANNVS. A. V. C. septingentesimus, qui erat tertius decimus Periodi Romanæ, cepit die vicesimo quarto Decembris Iuliani anni ab Orbe condito termillesimi octingentesimi nonagesimi sexti, Cyclo Solis XII. literâ Dominicali G. Id liquet. Nam annus proximè præcedens cepit die duodecimo Decembris Iuliani, fuitque embolimæus dierum trecentorum septuaginta septem. Quare annus sequens omnino cepit die vicesimo quarto Decembris Iuliani anni CIↃ CIↃ CIↃ IↃ CCCXCVI.

ANNVS. A. V. C. septingentesimus primus erat quartus decimus Periodi Romanæ, ac

proinde interkalaris, eoque anno interkalatum eſt, vt conſtat ex Aſconio Pediano in Milonianam. *Pompeius ab Interrege Ser. Sulpitio V. Kal. Mart. menſe interkalario Conſul creatus eſt.* Die ſcilicet viceſimo quinto menſis interkalarij Pompeius ſine Collega Conſul creatus eſt. Vnde colliges interkalarium menſem dictum non fuiſſe, qui diebus viginti duobus, aut viginti tribus explicabatur, ſed qui viginti octo dierum erat. Cepit hic annus die tertiodecimo Decembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi ſeptimi. Præcedens enim annus, qui erat dierum trecentorum quinquaginta quinque, ceperat die viceſimo quarto Decembris anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄcccxcvi. Hunc anni Romani modum deme, ſupereſt, vt die tertiodecimo Decembris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄcccxcvii. nouus annus Romanus incipiat. Id comprobat quod de *Nundinis*, quæ in Kalendas Ianuarias Romani huius anni inciderunt, ſcribit Dio Lib. XL. κἀκ τούτου οὔτε τι ἄλλο χρηστὸν συνέβη, καὶ ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη, ἐν αὐτῇ τε τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἤχθη. Quomodo *Nundinæ* in Kalendas Ianuarias anni Romani inciderint, à nobis, Deo dante, inueſtigandum eſt. *Nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui*, inquit Feſtus, *vt ruſtici conuenirent mercandi vendendique cauſſa, eumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Eratque nonus dies *Nundinis* deputatus, in orbem perpetuò vertens. Ouidius:

Eſt quoque, qui nono ſemper ab orbe venit.

Verùm vnde ſit initium ducendum numerandi hunc nonum diem, ſiue *Nundinas*, cùm altum ſit apud veteres ſilentium, quærendum eſt. Fuit olim apud Romanos menſis Martius anni caput, à cuius menſis noua Luna, id eſt, ἀπὸ τῆς φάσεως, & prima nouæ Lunæ viſione, ſiue biduo poſt commiſſum ſecundùm medios motus Nouilunium, numerare incipiebant *Nundinas*, eaſque toto vertente anno ad nonam rurſus Lunam menſis Martij anni ſequentis obſeruabant: τὴν φάσιν diximus, quia olim, teſte Macrobio, minor Pontifex nouæ Lunæ primum obſeruabat adſpectum, viſamque Regi Sacrificulo nunciabat, & quot dies à Kalendis ſupereſſent ad Nonas pronuntiabat. Martij verò menſis rationem habuimus, quia is princeps olim menſium, vt iam diximus. Coniecturæ præterea noſtræ fundus eſt hic Dionis locus de Kalendis Ianuariis anni A.V.C. ſeptingenteſimi primi, in quas inciderunt *Nundinæ*, quod argumento eſt, non ab ipſo anni capite, id eſt, Kalendis Ianuariis, numerari *Nundinas*, ſed earum aliunde iniri numerum, à prima nẽpe nouæ Lunæ Martij menſis viſione. Nam anno ab Orbe condito termilleſimo octingenteſimo nonageſimo ſeptimo commiſſum eſt ſecundùm medios motus Nouilunium die penultimo, ſiue viceſimo octauo (nam annus erat biſſextilis) Februarij Iuliani, feriâ quintâ.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3896.							
3876.							
20.	82.	5.	8.	2.	19.	28.	5.
3876.	12.	4.	10.	9.	19.	16.	
	69.	0.	21.	53.	0.	12.	
	354.	4.	8.	48.	38.		
	424.	5.	6.	41.	38.		
	366.						
	58.						

Cepit autem annus ſeptingenteſimus die viceſimo quarto Decembris Iuliani anni cIɔcIɔcIɔIɔcccxcvi. Quare Martius Romanus huius anni cepit decimonono die Februarij Iuliani anni cIɔcIɔcIɔIɔcccxcvii. Kalendæ Martiæ Iulianæ dies erant φάσεως ſiue primæ viſionis nouæ Lunæ, in quem diem cadit duodecimus Martij Romani, ab illo autem die ineundus eſt numerus orbis *Nundinarum* huius anni vertentis ad primam nouæ Lunæ viſionem Martij ſequentis proximè: Vnde patet Kalendas Ianuarias anni veteris Romani A.V.C. ſeptingenteſimi primi in *Nundinas* incidiſſe, quod teſtatur Dio; nam fuerunt hæ Kalendæ Ianuariæ anni Iɔcci. A.V.C. die tertiodecimo Decembris Iuliani anni ab Orbe condito cIɔ cIɔ cIcIɔ cccxcvii, qui dies omninò cadit in *Nundinas*, ſi earum orbem repetas à Kalendis Martij Iuliani, deſinit enim triceſimus ſecundus orbis *Nundinarum* in hunc tertium decimum Decembris Iuliani diem, qui primus eſt Ianuarij Romani:

DIES ANNI IVLIANI.	DIES ANNI ROMANI.
31. Martij.	20. Martij.
30. Aprilis.	29. Aprilis.
31. Maij.	31. Maij.
30. Iunij.	29. Iunij.
31. Iulij.	31. Iulij.
31. Augusti.	29. Augusti.
30. Septembris.	29. Septembris.
31. Octobris.	31. Octobris.
30. Nouembris.	29. Nouembris.
13. Decembris.	29. Decembris.
	1. Ianuarij.
288.	288.

x
x88x32.
99.

Hoc ipsum asseremus alio exemplo. Sed res paullo altiùs est repetenda. Refert Liuius Libro XLIII. paullo ante quàm Magistratum inirent Cõsules Q. Marcius Philippus II. & Cn. Seruilius Cæpio, interkalatum fuisse: *Hoc anno interkalatum est: tertio die post Terminalia Kalendæ interkalares fuere.* Qui locus miras offudit tenebras viris præstantissimis; ex eo enim colligunt mensem interkalarem fuisse dierum viginti quinque. Anno sequenti, qui Consules habuit L. Aimilium Paullum II. & C. Licinium Crassum, Eclipsis Lunæ contigit die vicesimo primo Iunij ad Kalendarium Iulianum, feriâ tertiâ: *Nocte*, inquit, *quam pridie Nonas Septembris insecuta dies, editâ horâ Luna cùm defecisset.* Eclipsim hanc contigisse volunt viri Incomparabiles pridie Nonas Septembris anni

Romani, quod verum non eſt, ſed tertio Nonas Septembris, aut Liuij verba non capio. Conuenit ergo tertio Nonas Septembris Romani cum die viceſimo primo Iunij Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi ſeptingenteſimi octageſimi ſecundi, literâ Dominicali B. Cyclo Solis X. Lunæ V. Annus erat ab Vrbe Condita quingenteſimus octageſimus quintus. Itaque erat annus octauus noſtræ Periodi, ſi initia repetamus à primo Seruij Luſtro. Sed tamen non eſt interkalatum, verùm anno præcedenti. Luna defecit tertio Nonas Septembris Romani, qui dies erat viceſimus primus Iunij Iuliani anni ab Orbe condito CIↃ CIↃ CIↃ IↃCCLXXXII. feriâ tertiâ. Inde facilè deueniemus ad illius anni caput. Dies tertius Nonas Septembris eſt dies ducenteſimus quadrageſimus à Kalendis Ianuarij Romani. Idem dies, vt qui eſſet viceſimus primus Iunij Iuliani, erat centeſimus ſeptuageſimus ſecundus à Kalendis Ianuarij Iuliani. Ergo cepit annus hic die viceſimo quinto Octobris Iuliani anni ab Orbe condito CIↃ CIↃ CIↃ IↃ CCLXXXI. Ea quæ diximus probat modulus anni præcedentis, quo interkalatum eſt tertio die poſt Terminalia, vt habet Liuius. Erat annus interkalaris, cui dies viginti tres interkalabantur. Fuit igitur dierum trecentûm ſeptuaginta octo. Itaque cepit tertiodecimo Octobris Iuliani die anni ab Orbe condito CIↃ CIↃ CIↃ IↃ CCLXXX. Quod verò dicit Liuius, Kalendas interkalares huius anni fuiſſe tertio die poſt Terminalia, illuſtrandum eſt à nobis, Deo dante. Refert Macrobius diem illum, qui Ianuario eſt additus in honorem im-

paris numeri, è Ianuario exemptum, interkalatum fuiſſe poſt Terminalia, ne *Nundinæ* in ſuſpectum aliquem diem caderent. Verba Macrobij ſunt: *Vnde dies ille, quo abundare annum diximus, eorum eſt permiſſus arbitrio, qui Faſtis præerant, vt cùm vellent, interkalarent, dummodo eum in medio Terminaliorum vel menſis interkalaris ita locarent, vt à ſuſpecto die celebritatem auerterent Nundinarum.* Dicit Macrobius hunc diem locatum fuiſſe *in medio Terminaliorum & menſis interkalaris,* (ita emendamus Macrobij verba) quod omninò verum eſt: En teſtem locupletiſſimum Liuium hoc loco. Diximus *Nundinas* numerari ſolitas ἀπὸ τῆς φάσεως, ſiue prima viſione nouæ Lunæ menſis Martij id eſt, biduo poſt commiſſum ſecundùm medios motus Nouilunium: Hinc præferenda lux Liuio Macrobióque. Annus, qui interkalarem hunc præceſſit, cepit die viceſimo tertio Octobris Iuliani anni ab Orbe condito cIↃ cIↃ cIↃ IↃ CC LXXIX. Age verò inueſtigemus Nouilunium Martij Romani huius anni:

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3779.							
3724.							
55.	85.	3.	1.	57.	0.	7.	2.
3724.	11.	4.	22.	27.	47.	0.	
	73.	5.	3.	29.	13.	7.	
	295.	1.	7.	20.	31.		
	368.	6.	10.	49.	44.		
	365.						
	3.						

Nouilunium igitur est commissum tertio Ianuarij Iuliani die anni ab Orbe condito cIↃcIↃcIↃcccLxxx. eratque dies sextusdecimus Martij Romani: Quare à die quinto Ianuarij Iuliani, siue decimo octauo Martij Romani ineundus est orbis *Nundinarum* huius anni Romani ad primam nouæ Lunæ visionem mensis Martij proximè sequentis: Ex his patebit *Nundinas* cadere in Nonas Februarij Romani proximè sequentis, quæ sunt die quinto decimo Nouembris Iuliani:

DIES ANNI IVLIANI.		DIES ANNI ROMANI.
27. Ianuarij.		14. Martij.
28. Februarij.		29. Aprilis.
31. Martij.		31. Maij.
30. Aprilis.		29. Iunij.
31. Maij.		31. Iulij.
30. Iunij.		29. Augusti.
31. Iulij.		29. Septembris.
31. Augusti.		31. Octobris.
30. Septembris.		29. Nouembris.
31. Octobris.		29. Decembris.
15. Nouembris.		29. Ianuarij.
	4.	5. Februarij.
315.	315 X 35.	315.
	99.	

Vides tricesimum quintum *Nundinarum* orbem desinere in hunc quintum decimum Nouembris Iuliani diem, in quem cadunt Nonæ Februarij Romani,

quam

quam *Nundinarum* celebritatem, vt auerterent ab hoc Nonarum die, dies de Ianuario exemtus est, & interſertus inter Terminalia & interkalarem menſem. Vnde factum eſt, vt Kalendæ interkalares fuerint tertio die poſt Terminalia, ſi vtrumque numeres terminum. Alioqui Kalendæ erant poſt Terminalia. Optimè his cum noſtra conuenit Periodo, quanquam paululum turbatus eſt interkalandi ordo; anno enim Periodi ſeptimo eſt interkalatum. Sequentes duo anni ſine interkalatione ſunt tranſmiſſi. Decimo denique, qui erat Vrbis conditæ IↃXXXVII. paullo antequam C. Sulpicius Gallus & M. Claudius Marcellus Conſulatum adirent, interkalatum eſt. Liuius Lib. XLV. *Interkalatum eo anno: poſtridie Terminalia interkalares fuere.* Sed de his ſatis. Reſtat vnus, qui ad *Nundinas* ſpectet, expendendus è Dione locus Lib. XLVIII. ἔν τε τῷ πρὸ τούτου ἔτει ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ· ὅπερ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάσσετο, καὶ ὅτι ἀνθυφῃρέθη αὖθις, ὅπως ὁ χρόνος κατὰ τὰ τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ δόξαντα συμβῇ. Verba Macrobij ſunt. *Quotiens incipiente anno dies cepit, qui addictus eſt* Nundinis, *omnis ille annus infauſtis caſibus fuit luctuoſus, maximéque Lepidiano tumultu iſta opinio firmata eſt.* Quare ne Kalendis Ianuariis *Nundinæ* celebrarentur, anno antecedenti dies adijciebatur, & eius vicem alius è ſequenti detrahebatur ante Terminalia, vt habes in hoc Dionis exemplo, quod eſt anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi decimi,

Cn. Domitio Caluino II, & C. Aſinio Pollione Coſſ. eiuſque anni Kalendas Ianuarias in *Nundinas* incidiſſe Dio teſtatur, quod ne fieret, extremo anno præcedenti additum fuiſſe vnum diem, vt à Kalendis Ianuariis celebritatem *Nundinarum* auerterent. Sed vnde ceperunt numerare orbem *Nundinarum*? nam conſtat non numeraſſe à prima nouæ Lunæ menſis Martij viſione. Dicam quod ſuſpicor. Quamdiu Romani veteri ſuo anno, qui ad Lunarem proximè accedebat, ſunt vſi, orbem *Nundinarum* numerarunt à prima viſione nouæ Lunæ menſis Martij, poſtquam verò Iuliani anni modum admiſerunt, aliunde numerarunt. Diximus in præcedentibus Romanos à Siculis accepiſſe bello Punico primo παραπήγματα, in quibus erant ſiderum obſeruationes, itémq; ſignificationes; erat autem Octaëteris obſeruata à Siculis, neq; aliam Periodum Eudoxus, qui, vt è Ptolemæo dicebamus, ἐτήρησεν ἐν Σικελίᾳ, præter Octaëteridẽ inſtituit: videtúrque ex eo, quod refert Plutarchus in Nicia, & Thucydides Hiſtoria VII, de Eclypſi Lunæ, quæ incidit in diem viceſimum ſeptimum Auguſti deſinentem, & capto Nicia die viceſimo ſeptimo menſis Karnij, (is Metagitnioni reſpondet) colligi hic fuiſſe Octaëteridis Siculorum contextus, cuius caput ſtatuemus è diebus æſtiuis huius anni, quo in manus Syracuſanorum venit Nicias, is annus erat ab Orbe condito termilleſimus quingenteſimus triceſimus ſeptimus, literâ Dominicali A G, Cyclo Solis XVII, Lunæ VII, En Octaëteridis Diagramma:

OCTAETERIS SICVLORVM.

ANNI PERIODI.	DIES A QVO INCIPIVNT	LITERA Domin.
I.	XIV. Iulij.	A G.
II.	III. Iulij.	F.
III. Embol.	XXII. Iunij.	E.
IV.	XI. Iulij.	D.
V. Embol.	XXIX. Iunij.	C B.
VI.	XVIII. Iulij.	A.
VII.	VII. Iulij.	G.
VIII. Embol.	XXVI. Iunij.	F.

Hanc Octaëteridem Lunarem Iulius Cæſar videtur voluiſſe vſurpari à Romanis, vbi illis annum ſuum Solarem Iulianum imperauit: id vt ſuſpicemur facit, quod adnotat B. Hieronymus in Chronico, *Lunæ ſecundum Romanos curſus inuentus.* Obſeruabamus in ſuperioribus ad Iudæos iſta referenda eſſe, qui Lunares ſuos annos interkalarent obſeruata illa æquinoctij ſede, quæ à Iulio Cæſare eſt ſtatuta, ſed id præterea obſeruandum eſt, eandem Iudæos exinde Neomeniam primi menſis obſeruaſſe, quæ à Romanis quoque obſeruabatur in Octaëteride Lunari, niſi vbi neceſſe erat interkalare Iudæos, ne in celebrando Paſchate æquinoctium anteuerterent. Primus annus Iulianus eſt termilleſimus nongenteſimus quintus ab Orbe condito, literâ Dominicali C B. Cyclo Solis XXI. Lunæ XIV. eodémque anno à diebus

æstiuis cepit primus annus Octaëteridis Siculorum, sed illius caput statuit Cæsar in mense Martio, suamque Octaëteridem Lunarem inde contexuit, en illius Laterculum:

OCTAETERIS. LVNARIS. ROMANORVM.

ANNI.	PERIODI.	DIES. A. QVO. INCIPIVNT.		LITERA. DOMINICAL.
I.		XVIII.	Martij.	C B.
II.	Embol.	VII.	Martij.	A.
III.		XXVI.	Martij.	G.
IV.		XV.	Martij.	F.
V.	Embol.	III.	Martij.	E D.
VI.		XXII.	Martij.	C.
VII.	Embol.	XI.	Martij.	B.
VIII.		XXX.	Martij.	A.

Atque hinc videre est, optimè Hieronymum obseruasse, Iudæos anni sui Lunaris cursum instituisse secundum Romanos, si mensis interkalaris situm in Octaëteridis annis excipias, cuius mutationis caussam iam diximus fuisse Legem illam παραπαράδοτον, de qua Anatolius, περὶ τοῦ Πάσχα καὶ τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν δεῖν πάντως μετ' ἰσημερίαν ἄγεσθαι. Nam vbi Herodes rerum in Iudæa potitus est, Octaëteridem Lunarem imperauit secundum Romanos anno ab Orbe condito termillesimo nongentesimo quartodecimo, Cyclo Solis II. literâ Dominicali E. eratque annus secundus Octaëteridis Romanorum, cuius ecce tibi

comparationem in hoc Laterculo cum Octaëteride Iudæorum.

OCTAETERIS.

ROMANA.			IVDAICA.		
ANNI. PE-riodi.	DIES. NEO-meniæ.		ANNI. PE-riodi.	DIES. NEO-meniæ.	
II. Embol.	VII. Martij.		I.	VI. Aprilis.	
III.	XXVI. Martij.		II.	XXVI. Mart.	
IV.	XV. Martij.		III. Emb.	XV. Martij.	
V. Embol.	III. Martij.		IV.	II. Aprilis.	
VI.	XXII. Martij.		V.	XXII. Martij.	
VII. Emb.	XI. Martij.		VI. Emb.	XI. Martij.	
VIII.	XXX. Martij.		VII.	XXX. Martij.	
I.	XVIII. Martij.		VIII. Em.	XVIII. Mart.	

Atque ex hac Octaëteride Lunari Romanorum petenda eſt ratio numerandi orbes *Nundinarum*, poſtquam D. Iulius annum Romanorum è Lunari non bono fecit Solarem non malum. Quanquam etiam hic quædam ſunt obſeruanda: nam quemadmodum olim dies ille, qui poſt obſeruatam primam Lunæ nouæ viſionem, primus numerabatur, dicebatur Kalendæ, vt è Macrobij Lib. I. & Varronis Lib. V. de L. L. conſtat, & tamen *Nundinarum* orbis ducebatur à prima nouæ Lunæ menſis Martij viſione, ita etiam vbi à D. Iulio imperata eſt Romanis hæc Octaëteris, orbis *Nundinarum* numerari cepit ab eo die, qui pridie eſt Kalendarum menſis Lunaris, qui

in mensem Martium Iulianum incidit; exemplo est is annus, cuius causa institutus est à nobis hic sermo. Annus erat ab Orbe condito termillesimus nongentesimus decimus, in cuius Ianuarij Kalendas incidisset *Nundinarum* celebritas, nisi eam auertissent addendo vnum diem anno extremo præcedenti, qui est ab Orbe condito termillesimus nongentesimus nonus, à cuius mense Lunari, qui mense Martio ceperit, ineundus est primus *Nundinarum* orbis illius anni vertentis: Annus erat quintus Octaëteridis Lunaris Romanorum, cuius primus mensis cepit die tertio Martij Iuliani feria tertia è Cyclo Solis emendato, vt & è vitioso, nam eodem planè res recidit, si rationem dierum anni præcedentis habeas & coniungas. Quod si ab eo die, qui pridie est harum Kalendarum, id est à die secundo Martij ineat orbis *Nundinarum*, cadet tricesimus quartus *Nundinarum* orbis in Kalendas Ianuarias anni sequentis:

DIES ANNI.

30. Martij.
30. Aprilis.
31. Maij.
30. Iunij.
31. Iulij.
31. Augusti.
30. Septembris.
31. Octobris.
30. Nouembris.

31. Decembris.
1. Ianuarij.
306.

Sed de his ſatis.

ANNVS. A V.C. ſeptingenteſimus ſecundus erat quintusdecimus Periodi Romanæ: Cepit die viceſimoſexto Decembris Iuliani, anni ab Orbe condito termilleſimi octingenteſimi nonageſimi octaui, Cyclo Solis XIV. Nam annus proximè præcedens, vt qui habuerit menſem *Merkedonium* imparem, erat dierum trecentorum ſeptuaginta octo, ceperatque die tertiodecimo Decembris Iuliani anni cIↃcIↃcIↃIↃ cccxcvii. Quare neceſſe eſt, vt annus ſequens, qui eſt IↃccii. A.V.C. ceperit die viceſimo ſexto Decẽbris Iuliani anni cIↃ cIↃ cIↃ IↃ cccxcviii. Huius anni A.V.C. ſeptingenteſimi ſecundi eſt Epiſtola M.Tullij XIV. ad Atticum Libro V. in qua hæc legis: *In Prouincia fore me putabam* K*AL. Sextilibus.* & paullo poſt. *Erat mihi in animo rectà proficiſci ad exercitum: æſtiuos menſes reliquos rei militari dare, hibernos iuridictioni.* Sed hinc male, vt videtur, colligunt Viri Incomparabiles, Ciceronem incipere putare menſes æſtiuos à Sextili: imò contra colliges, Sextilem menſem primum æſtiuorum non fuiſſe, ſed alium præceſſiſſe: Nam ſi Sextilis menſis vnus eſt è reliquis æſtiuis menſibus, alius vnus æſtiuus præceſſit: & certè Kalendæ Sextileis huius anni IↃccii. in diem viceſimum ſecundũ Iulij Iuliani anni cIↃcIↃcIↃIↃccccxcix. cadunt.

ANNVS. A.V.C. ſeptingenteſimus tertius

Consules habuit L. Æmilium Paullum & C. Claudiũ Marcellum: erat annus sextus decimus Periodi Romanæ, ac proinde interkalaris. Sed interkalatum non est, vt constat è Dionis Libro XLI. Cepit hic annus die sexto decimo Decembris Iuliani anni ab Orbe condito termillesimi octingentesimi nonagesimi noni: Nam annus proximè præcedens ceperat die vicesimo sexto Decembris Iuliani anni cIɔ cIɔ cIɔ Iɔ cccxcviii. Adde modum anni Romani: Reliquum est, vt sequens annus incipiat die sextodecimo Decembris Iuliani anni cIɔcIɔcIɔIɔcccxcxix. Huius anni sunt Epistolæ ad Tironem ex itinere scriptæ, cùm è Prouincia in Italiam rediret M. Tullius, qui cùm Nouembri mense scribat, cuius Kalendæ cadunt hoc anno in nonum Octobris Iuliani diem, nil mirum est, si eo mense extremo (nam non potuit Tiro citiùs viæ se dare.) Tironi propter hyemem nauigare interdicat.

ANNVS. A.V.C. septingentesimus quartus Consules habuit C. Claudiũ Marcellũ & L. Corneliũ Lentulum Crurem. Annus erat decimus septimus Periodi Romanæ, cepitque die sexto Decembris Iuliani anni ab Orbe condito termillesimi nongentesimi, Cyclo Solis XVI, literâ Dominicali B. Nam annus præcedens ceperat die sextodecimo Decembris Iuliani anni cIɔ cIɔ cIɔ Iɔ cccxcix. Adde anni Romani modum: Ergo annus sequens cepit die sexto Decembris Iuliani anni cIɔ cIɔ cIɔ Iɔ cccc. Huius anni sunt Epistolæ Ciceronis ad Atticum Libris VIII, IX, & X. scriptæ. Scripserat Tullio Pompeius, vt ad se

Luceriam veniret, quam Epistolam accepit Cicero a. d. XV. Kal. Mart. Formijs, vt constat ex eiusdem Epistola ad Pompeïum: Idem Pompeïus literis Domitij, quas accepit a. d. XIII. Kal. Mart. est factus certior, Cæsarem apud Corfinium castra posuisse: id docent literæ Pompeij ad Domitium hoc exemplo: *Literæ mihi redditæ sunt A. D. XIII.* Kal. *Mart. in quibus scribis Cæsarem apud Corfinium castra posuisse.* Hoc idem nuntiatum M. Tullio eâdem ipsa nocte, qua epistolam III. Libri VIII. scripsit ad Atticum: habes in ea: *Sed ecce nuncij, scribente me hæc ipsa noctu in Caleno, ecce literæ, Cæsarem ad Corfinium, Domitium Corfinij cum firmo exercitu, & pugnare cupiente.* Scripta igitur est hæc epistola circiter diem tertiumdecimum Kalendas Martias; itaque non adeò mirandum est, si in eadem legas Epistola: *Infero mari nobis, incerto cursu, hieme maxima, nauigandum est.* Nam dies tertius decimus Kal. Martias huius anni Romani cadit in diem vicesimum Ianuarij Iuliani anni CIƆ CIƆ CIƆ IƆCCCCI. Erat igitur hiems maxima. Die septimo vel sexto Eidus Martias scripsit Cicero ad Atticum Libro IX. Epist. III. *Nam ad id, quod delibero, pertinet, si ille certè nusquam discessit, intelligere Cnæum, non esse faciles nobis ex Italia exitus, cùm ea tota armis præsidiisque teneatur, hieme præsertim. nam si commodius anni tempus esset, vel infero mari liceret vti.* Dies sextus Eidus Martias huius anni cadit in diem decimum Februarij Iuliani anni CIƆ CIƆ CIƆ IƆCCCCI. Quare erat adhuc hiems. Quod verò Epistolâ XIX. Libri eiusdem, quę circa Kalendas Apríleis scripta est, scribat Attico M.

Tullius, *Delectus habentur, in hiberna deducuntur*, non dicitur à Cicerone, quasi copiæ deducendæ essent in hiberna, vt ibi totam hiemem, quæ tunc primùm inciperet, essent: neque enim delectus fuissent habiti, vt totam hiemem in hibernis desiderent, neque certe ita fuit, vt constat è rebus gestis Cæsaris Massiliæ, in Hispania, alibi. Sed quia paululum suos milites respirare volebat Cæsar, vt rebus vrbanis prospiceret, in hiberna deduxisse dicitur, quia adhuc superer at hiemis pars aliqua; nam Kalendæ Aprileis huius anni cadunt in diem tertium Martij Iuliani. Vno autem vt absoluam verbo, dixit Cicero, quod his verbis expressit Cæsar ipse Lib. I. de Bello Ciuili. *His rebus confectis Cæsar, vt reliquum tempus à labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit, ipse ad vrbem proficiscitur.* Scripsit ad Atticum Cicero Epistolam, quæ est V. Libri X. in ea hæc leguntur: *De die nihil sanè potest scribi certi, præter hoc, non ante Lunam nouam.* Videtur hæc Epistola scripta esse die quintodecimo Kalendas Maij Romani; nam in fine illius legitur etiam in emendatissima CL. Gruteri editione *A. D. XV.* Kal. *Maij*, quod cùm adtextum esset sequenti epistolæ, malo consilio in huius finem retraxit Victorius: Optimè verò Iunius sequenti epistolæ restituit, legitque ex duorum laudatissimorum MSS. Palatinorum fide; *Ad XV.* Kal. *Maij me adhuc nihil, præter tempestatem, morabatur.* Præcedenti igitur Epistolâ dicebat Cicero se expectaturum nouam Lunam. Nouilunium commissum est eo anno die quartodecimo Martij Iuliani, feriâ quartâ:

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉	☽
3901.							
3876.							
25.	86.	2.	5.	33.	34.	5.	10.
3876.	12.	4.	10.	9.	19.	16.	
	73.	4.	19.	24.	15.	17.	

Nouam hanc Lunam expectabat Cicero, cùm Epistolam V. ſcriberet; at verò quando epiſtolam ſextam ſcribebat, viſa iam erat noua hæc Luna, nam dies quintus decimus Kalendas Maij Romani huius anni cadit in diem decimum octauum Martij Iuliani, itaque ſola tempeſtas Ciceronem morabatur die XV. Kal. Maij Romani, ſiue decimo octauo Martij Iuliani, non autem noua Luna, quæ iam erat viſa, Dies ſextus Nonas Maij Romani huius anni, de quo M. Tullius Epiſtolâ VIII. huius Libri X. *Is ad Miſenum VI. Nonas venturus dicebatur, id eſt, hodie*, cadit in diem ſecundum Aprilis Iuliani. Sequitur locus ex eodem Libro Epiſtolâ XVII. ita habet editio Gruteriana. *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. id ſi ἀκεραὲς erit, vtinam idem maneat Hortenſius: ſiquidem adhuc erat: liberalius eſſe nihil poteſt.* In his exponendis duo, quæ à viris magnis adferuntur, nobis non placent. Vnum eſt, quod putent intelligi æquinoctij ſedem à Iulio Cæſare poſtea è Soſigenis conſilio definitam a. d. octauum Kal. April. Iulianas. Alterum eſt, quod ſcribunt hoc anno interkalatum non fuiſſe: atqui non debebat

hoc anno interkalari mensis *Merkedonius* è consuetudine: annus enim hic non erat interkalaris, sed præcedens: interkalatum verò fuisse nullo auctore probant. Extremæ huic Epistolæ adscribitur, XVII. *Kal. Iun.* Sed hoc mendosum esse asserit Manutius, putatque esse initium sequentis Epistolæ, & legendum fortasse XIV. Kal. quod sine caussa repetitum est post verbum *peperit*. Sed nihil esse mutandum docemur è primis Epistolæ verbis: *Prid. Idus Hortensius ad me venit scripta epistola*, nempe præcedenti. Dies decimus septimus Kalendas Iunij Romani huius anni cadit in diem decimum septimum Aprilis Iuliani; æquinoctium ex Eudoxi sententia commissum est die vicesimo nono Martij Iuliani, viginti diebus ante scriptam hanc Epistolam, & tamen, quia valde perturbatum fuerat, adhuc Ciceronem morabatur. Quod verò addit, *id si ἀκραὲς erit*, alludit ad hæc Homeri Odyssea β.

> Τοῖσι δ' ἴκμενον οὖρον ἵει Γλαυκῶπις Ἀθήνη,
> Ἀκραῆ Ζέφυρον κελάδοντ' ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

Itemque eiusdem operis ξ.

> Ἐπλέομεν Βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ καλῷ
> Ῥηϊδίως, ὡσεί τε κατὰ ῥόον.

Vtinam, inquit, *idem maneat Hortensius: siquidem adhuc erat*: id est, vtinam promissis stet Hortensius, si tamen adhuc in ea est sententia. Sed de his satis, superest vt pauca dicamus, quia tam commoda se offert occasio, de fuga Pompeij, quæ est huius anni, nonnullam enim parit difficultatem quod de ea à veteribus scriptoribus in literas est relatum: Hirtius de

Mundensi pugna: *Ipsis Liberalibus fusi fugatique sunt hostes*, atque eo die ab Vrbe Pompeius fugerat. Orosius: *Et quidem eo die bellum hoc actum est, quo Pompeius pater ab Vrbe bellum gesturus aufugerat.* Paria facit Plutarchus in Cæsare: τὴν μάχην ἐνίκησε τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, καθ' ἣν λέγεται καὶ Πομπήϊος Μάγνος ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξελθεῖν. Verum si Cæsari, si Ciceroni fides, Pompeius Magnus ab Vrbe profectus est nouo anno, mense Ianuario: Quomodo igitur *Liberalibus*, quæ in sextumdecimum Kalendas Apríleis conferũtur? cùm etiam, si CL. virum audimus, scripserit Cicero, *Pompeium Brundisij conscendisse naues, & reliquisse Italiam quarto Kalendas Martias.* Sed posterius istud verum non est, idque ex fama scribebat M. Tullius, non ex rei veritate: En tibi exemplar epistolæ Cæsaris ad Oppium, Cornelium. *A. D. VII. Id. Mart. Brundisium veni: ad murum castra posui. Pompeius est Brundisij.* Die verò sextodecimo Kalendas Apríleis Pompeius Brundisio soluit cum omnibus suis copiis: habes in Epistola Matij & Trebatij ad Ciceronem: *Cùm Capua exissemus, in itinere audijmus Pompeium Brundisio A. D. XVI. Kalendas Aprileis cum omnibus copijs, quas habuit, profectum esse; Cæsarem postero die in oppidum introisse.* Ergo *Liberalibus* Brundisio fugit Pompeius Magnus: atque id est, quod scribit Plutarchus, meo iudicio, nam ista verba: καθ' ἣν λέγεται καὶ Πομπήϊος Μάγνος ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξελθεῖν. ita interpretor, *quo etiam dicitur Pompeius sub ipsius belli principia fugisse.* & forte ab Orosio olim scriptum, *quo Pompeius pater ab vrbe Brundisio bellum gesturus aufugerat,*

deinde librarij deſcripſerant, *ab vrbe B. bellum*, ſed poſtea qui non intellexerunt, *B* illud expunxerunt. Certum igitur eſt, Pompeium Magnum Brundiſio fugiſſe *Liberalibus*, id eſt, ſextodecimo Kalendas Aprileis, eodemque die eius filios ad Mundam fuſos &fugatos eſſe.

ANNVS. A.V.C. ſeptingenteſimus quintus Conſules habuit C. Iulium Cæſarem & P. Seruilium Vatiam Iſauricum: Annus erat decimus octauus Periodi Romanæ; itaque interkalandus erat menſis *Merkedonius*, ſed interkalatum non eſt, vt ex anno *Confuſionis* conſtat. Cepit hic annus die viceſimo quinto Nouembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi primi, Cyclo Solis XVII. Nã annus proximè præcedens cepit ſexto Decembris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄcccc. Adde anni Romani modũ: Ergo annus ſequens cepit die viceſimo quinto Nouembris Iuliani anni cIↄcIↄcIↄIↄccccI. Huius anni eſt, quod refert Plutarchus, nempe Cæſarem nouo menſe Ianuario, imminente bruma, Ionium mare tranſmiſiſſe: ipſo Cæſare & Seruilio Iſaurico Coſſ. χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἱσταμένου Ἰανουαρίου μηνὸς (οὗτος δ' ἂν εἴη Ποσειδεὼν Ἀθηναίοις) ἀφῆκεν εἰς τὸ πέλαγος. Quanquam miſerè confundit Plutarchus Ianuarium Iulianum cum veteri Romano; nam Iulianum deſignat, cùm dixit tunc fuiſſe circa brumam; brumam autem intelligit veterum Græcorum ſuorum, quæ ſtatuebatur die ſeptimo Eidus Ianuarij Iuliani: pridie autem Nonas Ianuarias, id eſt, tertio ante veterum Græcorum brumam die, naues ſoluit Cæſar, vt putabat Plu-

tarchus, qui confundit, quod iam diximus, Ianuariũ Iulianum cum veteri Romano : nam verum eſt Romano Ianuario, non Iuliano, vt qui nondum eſſet, naues ſoluiſſe : habes diem ipſum adnotatum apud Cæſarem ipſum Lib. III. de bello Ciuili: *Pridie Non. Ian. naues ſoluit, impoſitis, vt ſupra demonſtratum eſt, legionibus VII.* vbi emendandum eſt, *legionibus V.* aſſerit Plutarchus. ἱππεῖς μὲν ἔχων λογάδας ἑξακοσίους, καὶ πέντε τάγματα. Aſtruit quoque idem ipſe paullo ante: *Sed tantum nauium reperit, vt anguſtè XX. millia legionariorum militum, & DC equites tranſportare poſſent.* Quinque legiones pluſquam viginti millia militum dabunt, ſed attritæ fuerant bello. Sed ad rem. Pridie Nonas Ianuarias naues ſoluit Cæſar. Cepit hic annus, vt diximus, die viceſimo quinto Nouembris Iuliani : Ergo pridie Nonas Ianuarias fuit die viceſimo octauo eiuſdem mẽſis Nouẽbris Iuliani.

ANNVS A.V.C. ſeptingenteſimus ſextus erat decimus nonus Periodi Romanæ, cepit die quinto decimo Nouembris Iuliani ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi ſecundi, Cyclo Solis XVIII. Cepit nãque annus proximè præcedens die viceſimo quinto Nouembris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIc Iↄ cccci. Adde anni Romani modum. Ergo cepit annũs ſequens die quintodecimo Nouembris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ ccccii. Obſeruandum autem eſt, hunc annum debuiſſe eſſe ἐξαιρεσιμαῖον, ſed nulli dies exempti ſunt, quemadmodum præcedentibus duobus annis, quibus interkalandum erat, nulli *Merkedonij* inſerti ſunt.

ANNVS A. V. C. ſeptingenteſimus ſeptimus erat viceſimus Romanæ Periodi. Cepit die quinto Nouembris Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi nongenteſimi tertij, Cyclo Solis XIX. Nam annus proximè præcedens ceperat die quintodecimo Nouembris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄIↄ ccccII. Adde anni Romani modum; Supereſt vt annus ſequens incipiat die quinto Nouembris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ ccccIII. Vertente Ianuario huius anni confectum eſt ſidus Vergiliarum, idque die decimo, ſiquidem ex Eudoxi ſententia die quartodecimo Nouembris Iuliani Πλειάδες ἑῷαι δύνουσι. Vnde intelligenda ſunt iſta è Libro de bello Africano, quæ extremo Ianuario acciderunt: *Per id tempus ferè Cæſaris exercitui res accidit incredibilis auditu. namque Vergiliarum ſidere confecto, circiter vigilia ſecunda noctis, nimbus cum ſaxea grandine ſubitò eſt exortus ingens.* Erat autem hic annus viceſimus Romanæ Periodi, ac proinde interkalaris erat: interkalatum igitur eſt ex conſuetudine, menſiſque interkalaris fuit viginti trium dierum, vt è Suetonio, Cenſorino, alijs, conſtat. Sed quia duo præcedentes alij anni ſine interkalatione tranſmiſſi fuerant, quo retrò delictum corrigeret Cæſar, & vt in poſterum ex Kalendis Ianuariis nobis temporum ratio congrueret, duos alios interkalarios menſes pares inter Nouembrem & Decembrem interiecit; atque ita hic *Confuſionis* annus factus eſt quindecim menſium, ſiue dierum quadringentorum viginti duorum, quod docet Dio; idque liquet: Nam annus hic cepit die quinto Nouembris

bris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ ccccIII. Adde anni Romani modum, ergo desiit anno vicesimo quinto Octobris Iuliani anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ ccccIV. Supersunt igitur dies sexaginta septem ad Kalendas Ianuarias Iulianas anni cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ ccccv. Atque hi sexaginta septem dies, quos rectè numerat Dio, distributi sunt in tres interkalarios menses, quorum vnus fuit è consuetudine, reliqui duo in Nouembrem & Decembrem interpositi sunt à Cæsare, quo retrò delictum corrigeret. Hic igitur anni *Confusionis* modus fuit.

Sed non possumus accedere sententiæ viri maximi in iis expendendis, quæ referuntur L. de bello Hispanico Cęsaris aduersus Magni filios. Nam quę hîc dicuntur à Cęsare gesta mense Februario, non sunt anni *Confusionis*, sed sequentis, qui est ab Orbe condito termillesimus nongentesimus quintus, Cyclo Solis XXI: Cæsar quippe in Hispaniam aduersus Pompeij filios est profectus, *Africâ receptâ*, cùm *C. Cæsar Dictator III. designatus IV.* esset, vt habes in Commentario de bello Hispanico, hoc est, vt è Dione constat, anno *Confusionis* extremo. Deinde, de quibus agit Vir Ill. non cadunt in diem III. Kal. Martij. sed potius in diem Nonarum Martiarum anni cIↄcIↄ cIↄIↄccccv. Colliges ex his Commentarij de bello Hispanico: *Serui transfugerunt, qui nuntiauerunt a. d. III. Nonarum Martij prælio, ad Soritiam quod factum est, ex eo tempore metum esse magnum, & Attium Varum circum castella præesse. Eo die Pompeius castra mouit, & circa Hispalim in olineto constitit. Cæsar prius-*

quam eodem eſt profectus, Luna horâ circiter VI. viſa eſt. Vides prælium ad Soritiam factum fuiſſe die tertio Nonas Martij, ex dinumeratione patet diem hunc, quo profectus eſt Cæſar, fuiſſe Nonas Martias. Adde quod paulò poſt prꝙlium Mundenſe XVII. Kal. Aprileis commiſſum eſt. Neque tamen Nonis Martiis Luna fuit viceſima ſecunda, vt oriretur horâ circiter ſextâ, id eſt, circa mediam noctem; ſed fuit potiùs Luna ſeptima aut octaua, quæ occidit media nocte: Nouilunium enim commiſſum eſt pridie Kal. Martias, feriâ ſecundâ: Ergo Nonis Martiis, feriâ ſecundâ, Luna fuit octaua: Vnde legendum ſuſpicabamur; *Cæſar priuſquam eodem eſt profectus, Luna horas circiter VI. viſa eſt.* Nonis namque Martiis Luna fuit octaua, id eſt, lucebat horas circiter ſex, & media nocte occidebat.

CAPVT III.

PLVTARCHVS in Romulo narrat L. Tarrutium Firmanum à Terentio Varrone conſultum de die Natali Vrbis, reſpondiſſe iacta fuiſſe fundamenta Vrbis Palilibus anno tertio Olympiadis ſextæ, deficiente Sole: οὗ μάλα τεθαῤῥηκότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο, τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν δὲ ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θώθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα περὶ ἡλίου ἀνατολάς, κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ τῇ ἐνάτῃ

Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης. & paullo ante: ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Μαΐων ὁμολογεῖται, καὶ τὴν ἡμέραν Παλίλια προσηγορευμένον. ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ρωμύλος ἔκτισεν, ἀτρεκῆ τριακάδα λέγουσι τυχεῖν. καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον, (ἣν εἰδέναι καὶ Αντίμαχον οἴονται τὸν Τήϊον Εποποιόν) ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ολυμπιάδος συμπεσοῦσαν. De Natali Vrbis M. Tullius Lib. II. de Diuinatione: *L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, in primis Chaldaïcis rationibus eruditus, Vrbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab ijs Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romámque, in iugo cùm esset Luna, natam esse dicebat, nec eius fata canere dubitabat.* Solinus: *Ibi Romulus mansitauit, qui auspicatò murorum fundamenta iecit, duodeuiginti natus annos, vndecimo Kalendas Maïas, hora post secundam ante tertiam, sicut L. Taruntius prodidit Mathematicorum nobilissimus, Ioue in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis.* De anno, quo Romulus est conceptus, in superioribus diximus, agemus porro de primis Vrbis Palilibus, cum bono Deo. Vir Illustris Tarrutij sententiam excussit atque exagitauit, sed non est audiendus; *Pharmuthi* enim, quem dixit Tarrutius, vult esse Actiacum: atqui cum ista pronuntiabat Tarrutius, nondum erant Actiaci Ægyptiorum menses: adde quod, vbi agitur de Romuli conceptu, Choïac omnino non est Actiacus, sed Nabonassari. Præterea non dixit Tarrutius apud Plutarchum, Palilia prima Vrbis incidis-

ſe in viceſimam primam Pharmuthi, ſed in nonam. Rurſum non capio viceſimam primam Pharmuthi Actiaci cadere in viceſimam ſextam Maij; imo cadit in ſextamdecimam Aprilis. Denique viceſima ſexta Aprilis non conuenit cum viceſima prima Pharmuthi Actiaci. Expendit quoque Tarrutij reſponſa vir præſtantiſſimus in Examine Temporum ad vetus Kalendarium Romanum; ſed neque is quoque aſſenſum mereri videtur: planè alia enim ſciſcit de anni Romani modo, ab ijs, quæ in literas rerum veterum ſcriptores retulerunt: adde, quod caput eſt, Romani anni caput ſtatuiſſe die viceſimo octauo Martij Iuliani, nullo auctore. Atqui aliud omnino fuit caput anni Romani, vt manifeſtum fiet ex obſeruatione Eclipſeos Solaris, quæ contigit in exceſſu Romuli, vt infra, Deo dante, ſumus dicturi. Præterea quod ad menſes Ægyptiacos attinet, longè abit à ſcriptura Plutarchi. Nuperus ſcriptor Lib. IX. de Doctrina Temporum putat Vrbem conditam eſſe anno ſextæ Olympiadis tertio eiuſque menſe quarto circiter ineunte, Octobris die quarto, quo die fuit Nouiluniũ anno Per.Iul.*3960*. Sole tum in Libræ gradu 3, 4; cõmorante, in quem Octobris quartum diem incidit nonus Pharmuthi dies, vnde etiam Manilius Libro IV. Romam Sole in Libra poſito conditam fuiſſe cecinit his verſibus,

Heſperiam ſua Libra tenet: qua condita Roma,
Et propriis frænat pendentem Legibus orbem:
Orbis & imperium retinet, diſcrimina rerum

Lancibus & positas gentes tollitque, premitque:
Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit Vrbem.
Sed aduersantur huic sententiæ quotquot sunt, qui Natalem Vrbis adscripserunt anno tertio Olympiadis sextæ: Nam affectum fuisse hunc annum tertium sextæ Olympiadis prodiderunt, neque aliter constaret ratio annorum quos numerant. Quod verò ad Manilium attinet, cùm etiam fateatur nuperus scriptor, verum non esse Remum & Romulum genitos aut natos fuisse, Sole in Libra posito, consequens est, vt dicamus Maniliũ dicere, Librã Italiæ præesse, quia Romani vnicuique genti æquum tribuunt, non igitur Sole in Libra constituto condita Roma est, sed ea, vbi est condita, orbem sua Libra, id est, æquis lancibus appendit. Quare aliud est inuestigandum. Omnino constat è sententia Varronis & L. Tarrutij Palilia prima Vrbis incidisse in annum tertium vertentem Olympiadis sextæ, id est, in annum ab Orbe condito termillesimum centesimum nonagesimum septimum, siue cIɔ cIɔ cIɔ Iɔ ccccLXI. Periodi Iulianæ, Cyclo Solis XIII, Lunæ IX. Sed cepit annus Romanorum veterum, cuius Palilia inuestigamus, tertio Eidus Nouembreis Iulianas anni termillesimi centesimi nonagesimi sexti: idque exigit Eclipseos ratio, quæ accidit in Romuli excessu, vt in sequentibus demonstrabimus. Quare Palilia, quæ celebrantur vndecimo Kalendas Maias Iulianas, siue decimo Kalendas Maias veteris anni, quod idem est, nempe vicesimus primus Aprilis dies, cadent in diem vicesimum septimum Februarij Iuliani, siue quinqua-

gesimum octauum à Kalendis Ianuariis Iulianis anni termillesimi centesimi nonagesimi septimi. Pridie commissum erat Nouilunium;

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	II.	☉.	☽.
3196.							
3192.							
4.	108.	4.	19.	24.	0.	12.	8.
3192.	10.	3.	6.	32.	23.	0.	
	98.	1.	12.	51.	37.	12.	
	324.	2.	20.	4.	35.		
	423.	4.	8.	56.	12.		
	366.						
	57.						

Quod verò Nouilunium Eclipticum fuisse dicit Plutarchus, an à Tarrutio habeat, nescio, certè M. Tullius dixit tantùm Lunam fuisse in iugo, idque nos credimus, (quod enim nobis scriptum est Nouiluniũ fuisse Eclipticum, imprudentibus accidit, vt videre est vel ex eo, quod diximus Eclipsim illam esse repetendam è Tabulis Frisicis, nam vir præstantissimus Eclipsim adscribit diei vicesimo sexto Maij Iuliani: nos autem nostra non relegimus vbi sunt in mũdum transcripta.) Sole Pisces ingresso.

ANNI.	DIES.	FERIÆ.	HORÆ.	I.	O.
3196.					
3192.					
4.	112.	1.	9.	9.	12.
3192.	24.	3.	9.	12.	
	87.	4.	23.	57.	
	335.	6.	4.	23.	
	423.	4.	4.	20.	
	366.				
	57.				

Quare apud Solinum videtur reponendum, *Sole in Piscibus*, nisi Solinus ipse sincerum vas incrustauit, & *in Tauro* scripsit, quia sua ætate die vndecimo Kalendas Maïas Sol erat Taurum ingressus: addit verò, *Luna in Libra*, malè cùm Græcis scriptum esset proculdubio ἐν ζυγῷ, id est, *in iugo*, vt vertit Cicero, non autem *in Libra*; neque enim, si Nouilunium erat, vt erat profectò auctore Tarrutio, Sol erat in Piscibus, aut Tauro, Luna verò in Libra, aut Scorpione, quomodo editum esse in nostris Miscellaneis non possumus satis mirari; nam, quod vel primis Astronomiæ elementis imbuti norunt; ἐν τῇ συνόδῳ κατὰ τὴν αὐτὴν μοῖραν γίγνεται ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη. Sed quæ leguntur apud Plutarchum & obscura & inemendata sunt, è quibus lumen attolere, & menda tollere tentabimus, si Deus dederit: ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Μαΐων, ὁμολογεῖται· νῦν μὲν οὖν οὐδὲν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νουμηνίαι πρὸς τὰς Ἑλλη-

νικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσιν. ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ἔκτισεν ὁ Ρωμύλος ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι. Ex his videtur colligi, prima Vrbis Palilia, quæ fuerunt vndecimo Kalendas Maïas, siue potius decimo, incidisse in vltimum mensis Græcorum diem. Sed quisquis ita colliget, à veri via aberrabit. Nam ex eo, quod Natalis Vrbis dies incidit in vndecimum, siue potius decimum Kalendas Maïas diem, concludit Plutarchus sua ipsius ætate longo interuallo differre Kalendas Romanorum mensium à Neomeniis mensium Græcorum: νῦν μὲν οὐδὲν αἱ Ρωμαϊκαὶ νουμηνίαι πρὸς τὰς Ελληνικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσιν. Ergo olim non tanto differebant interuallo, sed propius accedebant ad Romanorum mensium Kalendas Neomeniæ Græcorum, quando Roma condita est: Condita enim est anno tertio sextæ Olympiadis; Erat igitur annus vicesimus tertius Iphiteus, qui annus, vt è nostra constat Periodo, fuit embolimæus, eiusque Hecatombæon cepit Eidibus Iuniis Iulianis: Ergo vicesimus Anthesterionis dies cadet in vicesimum septimum Februarij Iuliani diem. Quare differentia inter veteris Romani mensis Kalendas, & Neomeniam Græci, est vnius diei: Vicesimus namque septimus Februarij Iuliani dies; quo cepit Roma condi, erat vicesimus primus Aprilis huius anni veteris Romani, idemque fuit, hoc anno, vicesimus dies mensis Anthesterionis. Interuallum est vnius diei: Itaque rescribendum est apud Plutarchum: ἐκείνην γὰρ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ρωμύλος ἔκτισεν, ἀτρεκῆ εἰκάδα τυχεῖν λέγουσι. Quod paullo post sequitur, non minus corruptum

corruptum eſt: ἀπεφήνατο τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ κτισθῆναι τῇ ἐνάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσαμένου. Nam quæ de Eclipſi Solis in Romuli conceptu dicuntur, non ſinunt nos dubitare diem viceſimum tertium menſis Choïac cadere in viceſimum quartum Iunij Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi centeſimi ſeptuageſimi octaui. Quare, ſi fingamus, quod à Tarrutio factum eſt, obtinuiſſe atque vſurpatos fuiſſe annos Nabonaſſari, omnino ſequetur menſem Pharmuthi anni, quo Vrbs eſt condita, cadere non potuiſſe in menſem Aprilem, ſiue veterem Romanum, ſiue Iulianum: Nam anno ab Orbe condito termilleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, quo Roma condita eſt, annus Nabonaſſari cepit die viceſimo ſeptimo Februarij Iuliani: Annos erat natus Romulus duodeuinginti, cùm Romam condidit: Natus autem eſt anno ab Orbe condito termilleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, die viceſimo primo menſis Thoth, qui cadit in diem viceſimum quartum Martij Iuliani. Sed nondum exegerat Romulus annum duodeuiceſimum: Nam, vt iam diximus, iacta ſunt Vrbis fundamenta Palilibus, die viceſimoſeptimo Februarij Iuliani anni termilleſimi centeſimi nonageſimi ſeptimi: Quare fuit dies primus menſis Toth: Vnde reſcribendum putamus apud Plutarchum: τὴν δ' ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα, περὶ ἡλίου ἀνατολάς. κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ ἐν α τῇ Φαρ Μοὺθ, μηνὸς ἱσαμένου. Dicit Plutarchus eodem menſe natum fuiſſe Romulum, Vrbemque condidiſſe: Illum quidem natum die vi-

cesimo primo mensis Thoth, ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα. Hanc verò conditam fuisse die primo eiusdem mensis: ἐν α μηνὸς ἱσταμένου. Sed quia dies mensium sua habebant apud Ægyptios cognomina, hunc diem suo designauit cognomine τῇ Φαρμοῦθ. Quid significet istud Φὰρ iuxta cum ignarissimis scimus, neque enim indulgere volumus coniecturis ex Hebraïca lingua petitis, quanquam arridere possit originatio ἐκ τοῦ פר. Hoc vnum dicere possumus vestigia huius vocis in τῷ Φάρος, similibusque, & fortè etiam in Φαραώ. Quod verò ad τὸ Μοῦθ attinet, vnum est ex Isidis nominibus apud Ægyptios, teste Plutarcho de Iside & Osiride. ἡ δ' Ἶσις ἔστιν ὅτε καὶ Μοὺθ, καὶ πάλιν Ἀθυρι, καὶ Μεθύερ προσαγορεύουσι. σημαίνουσι δὲ τῷ μὲν πρώτῳ τῶν ὀνομάτων μητέρα.

Capvt IV.

Fvit vetus opinio Romulum excessisse è viuis defectione Solis. Sed Ouidius confert tempus mortis Romuli in Quirinalia, mense Februario: alij in Nonas Quintileis, vt Plutarchus, item Lampridius in vita Commodi: *Indutus toga est Nonarum Iuliarum die, quo in terris Romulus non apparuit.* Mirè hæc turbare videntur, sed nos facilè, Deo dante, componemus, & conciliabimus. Quot annos imperauerit Romulus, non omnino conuenit inter veteres scriptores: alij enim annos triginta septem ei adscribunt; alij triginta octo: sed hæc inter eos differentia oritur propter Palilia Varroniana & Catoniana: nam

idem eſt annus ab Orbe condito apud vtroſque, quo periit Solis defectione Romulus; verùm idem eſt à Palilibus Varronianis triceſimus octauus, à Palilibus Catonianis triceſimus ſeptimus: Rurſum alij exceſſiſſe Romulum referunt circa Quirinalia, quæ die decimo ſeptimo Februarij celebrãtur; alij eius mortem cõferunt in Nonas Quintileis. Priores illi nondũ exactũ fuiſſe triceſimũ octauum (à Varronianis Palilibus numerũ inimus.) regni annũ ſentiũt. Plutarchus Romulo. λέγεται δὲ Ῥωμύλος, τέσσαρα μὲν ἔτη καὶ πεντήκοντα γεγονώς, ὄγδοον δὲ βασιλεύων ἐκεῖνο καὶ τριακοστόν, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. Quanquam hic turbat, qui exceſſum Romuli in Nonas Quintileis cõfert. Atqui ſi periit Romulus Nonis Quintilibus, Solis defectione, omnino periit anno imperij triceſimo octauo exacto, vt infra, Deo dante, ſumus dicturi. Annus veterum Romanorum, cuius Palilibus Roma cõdita eſt, cepit tertio Eidus Nouembreis Iulianas anni ab Orbe condito cIↃ cIↃ cIↃ CXCVI. Noſtram Periodum ab hinc vſurpatam fuiſſe fingimus. Cepit igitur annus triceſimus nonus die tertiodecimo Kalendas Decembreis Iulianas anni ab Orbe condito termilleſimi ducenteſimi triceſimi quarti. Kalendis autem Decembribus Iulianis huius anni termilleſimi ducenteſimi triceſimi quarti defecit Sol, vt ab eruditiſſimis viris eſt obſeruatum. Kalendæ vero Decembreis Iulianæ huius anni cIↃ cIↃ cIↃ CCXXXIV. cadunt in diem tertium decimum Ianuarij veterum Romanorum: atque hoc ipſo die, & hac Solis defectione, periiſſe Romulum intelligunt, qui memoria eius exceſſus conſecrata

fuiſſe Quirinalia produnt. Nam quod ipſis Quirinalibus veteris huius anni perierit, longè aberrat à vero, ſiquidem Quirinalia hæc cadunt in diem tertium Ianuarij Iuliani anni ab Orbe condito termilleſimi ducenteſimi triceſimi quinti. Neque quicquam iuuat Ouidius, qui cauſſam quidem aperit, cur inſtituta ſint Quirinalia:

Eſt locus, antiqui Capreæ dixere paludem.
Forte tuis illic, Romule, iura dabas.
Sol fugit: & remouent ſubeuntia nubila cœlum:
Et grauis effuſis decidit imber aquis.
Hinc tonat: hinc miſſis abrumpitur ignibus æther.
Fit fuga: Rex patriis aſtra petebat equis.

Sed tamen non dicit ipſis Quirinalibus exceſſiſſe: imo contrà, ſi quid eius mentem capio, ante Quirinalia periiſſe affirmat. Nam primo docet poſt Romuli exceſſum, Patres veniſſe in crimen cædis illius, cuius abſoluti ſunt, cùm aliquot poſt diebus Albâ rediret Iulius, (nam quando rediit Iulius, Luna fulgebat, idque fortè totam noctem, prima enim luce, vt ipſe teſtatur Iulius apud T. Liuium, apparuit Romulus: atqui Romulus exceſſit Solis defectione, id eſt, interlunio)nunciarétque Romulum cœlo receptum fuiſſe. Huius dictis fides eſt habita, atque ædes Quirino facta, eiuſque nomini dies decimus ſeptimus Februarij ſacratus, & Quirinalia dictus: atque ita inter Romuli exceſſum, & ſacratum illi diem Quirinalia, interceſſit interuallum dierum triginta trium. Expendant eruditi hos Ouidij verſus, in noſtram ibunt ſententiam:

Lucus erat: falſoq; Patres in crimine cædis:
Hæſiſſetque animis forſitan ipſa fides.
Sed procul è longa veniebat Iulius Alba:
Lunaque fulgebat: nec facis vſus erat.
Cùm ſubito motu ſepes tremuere ſiniſtræ:
Rettulit ille gradus: horruerantque comæ.
Pulcer, & humano maior, trabeaque decorus,
Romulus in media viſus adeſſe via:
Et dixiſſe ſimul: Prohibe lugere Quirites,
Ne violent lacrymis numina noſtra ſuis.
Thura ferant: placéntque nouum pia turba Quirinum,
Et patrias artes, militiámque colant.
Iuſſit: & in tenues oculis euanuit auras.
Conuocat hic Patres: iuſſaque verba refert.
Templa Deo fiunt: Collis quoque dictus ab illo eſt:
Et referunt certi ſacra paterna dies.

Qui verò Romulum periiſſe referunt anno imperij triceſimo octauo exacto, conferunt eius exceſſum in diem viceſimum ſextum Maij Iuliani ab Orbe condito termilleſimi ducenteſimi triceſimi quinti, quo die Sol defecit, vt obſeruatum eſt: idémque dies eſt, qui appellatur Nonæ Quintileis. Viceſimus ſextus Maij Iuliani dies eſt centeſimus quadrageſimus ſextus à Kalendis Ianuariis. Annus triceſimus nonus veterum Romanorum cepit tertiodecimo Kalendas Decembreis Iulianas anni cIↃ cIↃ cIↃ cc xxxiv. Adde ſex primos menſes veterum Romanorum: cepit Quintilis Eidibus Maij Iuliani anni cIↃ cIↃ cIↃ ccxxxv. Quare dies decimus ſeptimus Kalendas Sextileis veterum Romanorum (erat enim

hic annus ἐξαιρεσιμαῖος.) cadit in diem vicesimum sextum Maij Iuliani anni cIɔ cIɔ cIɔccxxxv. Eoque die excessit Romulus, ex illorum sententia, Solis defectione: iam verò quod memoria excessus Romuli adscribitur Nonis Quintilibus, in causa est, quod idem est interuallum à Kalendis Ianuarijs anni primi Iuliani, qui bissextilis est, ad Nonas Quintileis, quod fuit à Kalendis Ianuariis veteris anni Romani, quo periit Romulus, ad decimum septimum Kalendas Sextileis, nempe dies centum octoginta nouem. Digessit autem Fastos Cæsar, & ad primi sui anni formam ordinauit.

LAVS DEO OPT. MAX.

SVMMA PRIVILEGII.

CAVTVM est auctoritate Regis, ne quis in Regno Franciæ aliisve locis Regis ditioni subiectis, SAMVELIS PETITI ECLOGAS CHRONOLOGICAS absque Caroli Morelli permissu, intra decennium imprimat, aut diuendat, publicationis exemplarium, & mille quingentarum librarum multa, si quis secus fecerit, indicta; prout amplius in ipso diplomate continetur. Parisiis 1. Septembris 1631.

Sic signatum,

De mandato Regis.

RENOVARD.

00564490 1